20 d ¶ *Sin teſtamento.* Habes hic quod ingratitudo ex cauſis ſupra ſcriptis repellit fratrem etiam à ſucceſsione ab inteſtato: & ſic approbat iſta l. primum intellectum gloſſ. in dic.§.ingratitudinem. quem etiam ibi tenuit Angel. Barto. tamen & Bal. & alij poſt Guliel. in.l. fratres. C. de inoffi. teſta. reprobant communiter dictum intellectum: & tenent quod ingratitudo non repellat fratrem à ſucceſsione ab inteſtato. & etiam Ange. in.l.1. in fi. ff. de inofficio. teſta. vt etiam dixi in.l.8. ſupra. eo. in gl. prima. Ideo tu tene menti iſtam. l. partitarum approbantem dict. gl. cuius opinionem etiam tenet Saly. in. d.l. fratres. q.8. de cuius mente etiam eſt, quod hoc procedat, ſi frater oſtendit ſigna ingratitudinis contra fratrem ingratum. per. l. ſi defunctus. C. de legiti. hære. & ſi ingratitudo dnranit, quæ eſſet magna reſtrictio ad iſtam. l. indiſtincte & generaliter loquentem, & forte ſufficeret q̃ ingratitudo tacitè vel expreſsè non ſit à fratre remiſſa: & quia. l. ſi defunctus, non loquitur in fratre, ſed in auia: vbi requiritur exhæredatio vel præteritio cum inſertione cauſæ, vt in authen. de hære. & fal. §. exhæredatos. & ſupra. eo. l. 4. &. 10. & vt hic vides iũcta. l. 10. ſupra. eo. ll. iſtę partitarum aperte voluerunt conſtituere differentiam inter exhæredationem vel præteritionem, quæ fit inter aſcendentes & deſcendentes abſque inſertione cauſæ: & inter eam, quæ inter fratres vt primo casu & ſi ingratitudo probetur, non excludantur deſcendentes vel aſcendentes à ſucceſsione ab inteſtato, quando non fuit facta exhæredatio vel præteritio cum inſertione cauſæ: frater vero repellatur propter ingratitudinem a ſucceſsione inteſtati, & ſi in præteritione nulla ſit inſerta cauſa. & adde, quæ dixi ſupra. eo. in. l. 10. in aliis vero cognatis, in gratitudo non repelleret a ſucceſsione inteſtati vt in. l. cognatis. ff. vnde cognati. & per Saly. in. l. d. fratres.

¶ *Lex. XIII.*

Ponuntur in hac. l. ſex caſus in quibus hæres inſtitutus perdit hæreditatem. primus ſi quis ope vel conſilio familiæ interficitur & ante additionem hæres ſciens querelam iudicialem non appoſuit. Si autem ab extraneo interficitur: poteſt hæres adire & intra quinquennium conqueri a ſuis aufertur ei hæreditas & applicatur regi.

¶ *La primera.* hic tractat materiam ſenatuſconſulti Syllaniani, in quo continetur, q̃ ne q̃s adire hæreditatẽ, neq; bonorum poſſeſſionem petere hæres debet, niſi vindicauerit necẽ defuncti, & q̃uiſlibet habuerit de familia, & ſuppliciũ exegerit, quibus vt ideſt pœnã capitalẽ poſtulauerit imponi cũ dominus potuerit ſuccurrere? neq; ſemper hæres perdit cum pendiũ ſuum familiæ facin⁹ debet occultare in.l.3.§. q̃ ad cauſam. cum ſequentibus. &.§. nõ tantũ. ff. ad Syllaniã, & in.l.ſi ex. C. de his quib. vt indig. & hoc. l. iſta præcepit, dedit tamen beneficium hæredibus, vt ſi ipſi interim deceſſiſſent, tranſmittant ius adeundi ad ſucceſſores ſuos. l. pe. C. de his quibus vt indig. & in. d. l. tertia. §. eleganter. &. §. fi. & tradit Azo. C. de his quib. vt indig. in ſumma.

Ad. tit. ff. ad ſenatuſcõſ. ſillã. & C. de his quib. vt indig. & j. ex. l. 15.

1

¶ *Muerto.* Quid ſi non appareat? vide. l. & ſi certus. §. ſi vnus. & ibi Angel. ff. ad Syllã.

2

¶ *Sabiendo.* Nam ſecus ſi ignoraueritvt in. l. ſi ideo. & in. l. cum fratrem. C. de his quib. vt in dign.

3

¶ *Entraſſe la heredad.* Approbat opinionem Hugo. relatam per gloſſ. in. l. in cognitione. ff. ad Syllã. & reprobat opinionem Ioann. & Azo. de qua etiam ibi per gloſſ. & opinionem Hugo. approbat gloſſa in. l. ſi ea. C. de his quibus vt indign. & in. l. tertia. §. quod ad cauſam. ff. ad Syllania. & pro iſta opinione eſt text. in. l. neceſſarios. §. non alias. ff. eodem.

4

¶ *Querella.* Innuit ſufficere accuſationem proponi abſq; eo, quod expectetur quod ſupplicium ſumatur ab occiſoribus vel ſeruis, qui dominum non iuuarunt. aduerte tamen, quod Saly. in. l. eum fratrẽ C. de his quib. vt indig. in. 1. oppo. quærit de hoc an quando defunctus necatur a familia, ſufficiat quæſtionem prius haberi de familia, & ea habita ſtatim hæreditas adiri poſsit, an vero neceſſe ſit ſupplicium expectari? in quo dicit quod text. videntur contrarij: nam in. l. 3. §. quòd ad cauſam. & in. l. neceſſarios. §. 1. ff. ad Syllã. videtur text. requirere quod ſupplicium expectetur. ſed in. d. l. 3. §. non tantum. & in l. ſi ea. C. de his quib. vt indig. videtur tex. exigere ſolum quæſtionem haberi, & refert quod quidam illos text. ſuppleant per primos. & ſic volunt q̃ ſupplicium ſemper debet expectari in necato palam, ſi vero clam, quod tunc ſufficiat quæſtionem haberi, ipſe vero Saly. quando necatur palam a familia, vult quod ante vendicatam mortem defuncti, hæres non poſsit adire: & ſic q̃ ſupplicium expectetur, ſi vero clam, dicit neceſſario prius haberi quæſtionem de familia, & quæſtione habita, ſi confeſsio aliqua ſufficiens habetur: tunc expectetur ſupplicium, alias ſi nihil ſufficiens ex tortura ab eis haberetur, tunc poſsit adire impunè, neq; aliter ſit de ſupplicio quærendum. & cum dictis Salycet. tranſitibi Alexan. & certe hæc diſtinctio eſt ſatis æqua ad concordiam dictarum. ll. & ſecundum eam videtur hæc. l. intelligenda, & limitãda & ſupplenda per alias leges. & nota hoc bene, quia iura & docto. videntur loqui diuerſimode, & etiam iſta. l. breuiter in hoc tranſit: & ſi caſus occurrerit, cum hac notula ſubleuabis laborem in intellectu dictarum. ll. & docto. & etiam huius. l.

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Estraños.* Non distinguit ista .l. siue clam siue palam occisus sit ab extraneo: & sic videtur, quòd vtroque casu ante vindicatam mortem defuncti hæres posit adire, cuius sententiæ fuit Azo. vt patet ex dictis eius. C. de his quibus vt indign. & refert glo. in .l. cum fratrem. C. de his quib. vt indign. se. opinio Azo. videtur esse contra casum in l. minoribus. ad fin. C. eod. vtin. d. l. cum fratrem, dicit Bart. Salyc. & Paul. de Castr. Et sic volunt, q̃ quando occiditur palam ab extraneo, hæres non potsit adire ante vindicatã mortem defuncti, & supplicium sumptum, & cum ista .l. non dicit siue palam siue clam occisus fuerit ab extraneo, limitari & intelligi debet iuxta id, q̃ habetur in dict. l. minoribus, & ita limitatur & intelligitur infra. ea. l. ibi la segunda razones.

queria heredar. Mas si al testador ouiesse muerto otros estraños,[a] que nõ fuessen desu compaña: bien podra su heredero entrar la herẽcia, e despues fazer querella de la muerte del fasta cinco años.[b] E si fasta este tiempo non lo fiziere, deuela perder,[c] e deuegela tomar el Rey, assi como a ome q̃ la non merece.[d] La segunda razon es, quando el heredero abre el testamento[e] de aq̃l q̃ lo establescio, ante que fiziesse la acusacion de los matadores del, seyendo sabidor de los que le auian muerto. Pero si non lo supiesse o fuesse aldeano necio: festõce non perderia la herencia por esta razon. La tercera es, si fuesse sabidor en verdad, q̃ el testador fuesse muerto por obra, o por cõsejo, o por culpa del heredero.[g] La quarta es, quando el heredero yoguiesse a con la muger[b] de aquel q̃ le establescio por heredero. La quinta es: si el heredero acusasse el testamento, o la escritura en que fuesse establescido, diziendo que era falso,[c] siguiẽdo esta acusaciõ fasta que diessen juyzio[d] sobre ella. Ca si fuesse fallado el testamento por verdadero perderia el porẽde la herencia. Esso mismo seria si el heredero fuesse personero, o abogado,[e] para seguir tal acusacion como esta contra el testamento, en que fuesse establescido. Fueras ẽde si lo fiziesse por pro, o por mandado del Rey[f], o si fuesse guardador[g] de algund huerfano, e razonasse cõtra el testamento por pro de la casonce non le empeseceria. La sesta[h] razon es: quando el testador rogasse al heredero en poridad[i] que diesse aquella heredad en que le estableseiesse a algun

b ¶ *Fasta cinco años.* Istud quinquennium non arctat hæredes eius, qui occisus fuit à familia sua: quia solum tali casu statuitur, q̃ hæredes non adeant ante quæstionem de familia habitam & mortem vltam, vt dixi supra in gl. super parte querela. & ita vult Paul. de Castr. in .l. 1. colu. 2. C. de his quib. vt indign. ibi cum dicit ante autem quã adeat, non videtur, quòd debeat sibi aliud tempus præfigi: cum senatusconsultum imponat sibi hanc necessitatem, antequam adeat, vnde sufficit sibi abstinere ab abitione, absque eo q̃ compellatur citius vindictam facere, & idem videtur dicendum quando occisus fuit palam ab extraneo: quia cum sibi iubeatur, ne adeat ante vltam mortem defuncti vt dixi supra in glossa proxi. idem erit tunc dicendum, sicut in occisо à familia. & idem tenet Salyce. in. d. l. 1. in. 4. oppo. ibi ante adi tam hæreditatem statuere non potest, quia totum tempus anterius est ei pro dilatione datum ad accusandum: neque punitur si nõ accusat, nisi adeat. & tene mentis istam .l. partitarum præfigentem hoc tempus quinquennij hæredi quando defunctus occisus fuit ab extraneo à die aditæ hæreditatis: nam de iure communi hoc nõ ita reperitur: imo vt dicit Azo. C. de his quib. vt indign. in summa, quod cum non sit determinatum tempus, iudex statuet suo arbitrio vel q̃ forte inerit tempus, quo quis potuit accusare vel esse tempus quinquennij, vt. ff. ad Syllani. l. in cognitione. & istud vltimum approbatur hic. gloss. etiam in. d. l. 1. voluit tempus esse arbitrarium. vide ibi per docto. tene ergo menti istam .l. partitarum. ita prolixum tempus statuentem. & forte ex causa posset à iudice arctari. l. si quis homicidij. C. de accusatio. & in .l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de iniur. & quia ex causa dilationis à iure statutæ moderantur iuxta nota. in capitul. primo. de dilatio. vbi Abb. column. secunda. & in capitul. cum sit Romana. de appellatio.

In nona rec. est. l. 11. tit. 8. libr. 5.

c ¶ *Deuela perder.* Adde. l. propter veneni. ff. ad Syllania. & .l. primam. & .l. cum fratrem. C. de his quib. vt indig. & .l. 1. titul. tertio libr. quinto ordinа. rega. vbi etiam ab hac pœna .l. illa excepit minores & fœminas, & requirit, quod occisor sit in prouincia, ita q̃ possit accusari. & adde. l. minoribus. C. de his quibus vt indign. & .l. tertiam. §. si quis ignorans. ff. ad Syllania. vbi idem habetur in rustico: licet contrarium & male tenuit Paulus de Castro. in dicta lege prima. secundum Alexand. ibi ad fin. & Iason. in .l. si ea. C. eod. & habetur in rustico infra eadem. l. ibi la segunda razon. Item limita, nisi sit præuentus ab alio in accusando. l. sororem. C. eodem. limitat etiam in filio instituto hærede: quia si eius pater occidit testatorem, filius institutus non debet accusare patrem, nec tenetur vlcisci necem defuncti contra proprium patrem, & si adeat, nece inulta, non redditur indignus secundum Alberic. post Pileum ab eo relatum in rubrica. C. de his quibus vt indig. allegat text. notabilem. in. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adulter. quod dicit singulare Iason. in dict. l. prima. column. secunda. dicens, quod ab alio, non didicit nisi ab Alber. ego etiam didici à Ioann. Andrea. in additic. ad Specula. in rubrica. de successio. ab intest. colum. prima. vbi refert. d. quæstionem Pilei. & addit Iason in dict. l. idem dicendum econtra, si filius occidisset, & pater fuisset in institutus per rationem dict. §. liberto. in fin. & limita etiam vt infrà eo. l. proxi. quid autem si ipse met hæres occidit, an teneatur se deferre? Bal. dicit q̃ non in .l. 1. C. in quibus causis in integ. restit. non est necessa. & ibi quod nullus nisi fiscus potest referre istam quæstionem hæredibus vindicantibus necem defuncti: hæres tamen qui occidit, licet non iudicetur indignus ex eo, quòd se non defert: erit tamen indignus ex eo, quod occidit secundum Bald. vbi supra. & habetur infra ista .l. ibi la tercera. vide etiã in ista materia. l. 15. & 16. infra eo. fiscus vero non tenetur vlcisci mortem defuncti secundum glo. singularem in .l. recusare. §. si fisco. in verbo vindicauerit. ff. ad Trebell. Aduerte tamen, q̃ And. de Ysern. in titul. quæ sint rega. in versic. & quæ indignis. vult contrarium: imo q̃ fiscus accuset occisores de homicidio, si non sit alius, qui accuset per text. in. l. 1. C. vbi caus. fiscal. ibi cum dicit neque bona à fisco peri posse priusquam de crimine constiterit apud eum, cui contra dictis pœnam irrogare licet: & tene mentis illũ text. & dicta Andre. de Ysern. quia opinio. dict. glossa communiter ibi tenetur per docto. non tamen allegant, neq; respondent ad text. in. d. l. 1. adde etiam quod & ista pœna priuationis procedit in his qui loco hæredum sunt vt in .l. ei qui. cum .l. sequenti. ff. de his quib. vt indig. vbi vide per Bar.

d ¶ *Que la non mereesce.* Habes hic quod regulariter applicari debet fisco id q̃d auferetur ab indigno. & adde d. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. test. & ibi per Paul. de Cast. & .l. qui cõtra. & ibi Bal. C. de incest. nupt. limita tamen, vt in .l. si. infra eo. & quæ ibi dixi.

e ¶ *Abre el testamento.* Nõ sufficeret sola apertura testamenti, nisi etiam hæreditatem adeat, vt ex hoc perdat hæreditatem: vt tenet Bartol. in l. in cognitione. ff. ad Syllania. & dixi supra eadem. l. in glo. super verbo entrasse la heredad. ideo supplendum hic est, & hæreditatem adierit: nisi forte velis dicere, quòd per istam .l. partitarum. concordetur opiniones Hugo. & Ioann. & Azo. de quibus dixi in dict. gloss. videlicet vt opinio Hugo. procedat, quando hæres ignorat occisores: vt non sufficiat apertura tabularum, opinio vero Ioann. & Azo. procedat, quando hæres sciuit, qui essent occisores: vt tunc sola apertura sufficiat, sed magis placet primum dictum, vt suppleatur ista. l. per d. §. non alias.

f ¶ *Aldeano necio.* Not. bene, quia non parcitur rustico: nisi quando est ignorans, seu quando est rusticus opere & conuersatione. l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusatio. tuto. l. fina. C. de testa. Bald. in .l. 2. columna quinta. C. de rescindenda venditio. rusticus nanque, qui sagax est, non excusatur prætextu rusticitatis secundum gloss. nota. in dict. §. de rusticis. & not. Bal. in .l. prima. C. de interdict. matri. inter pupil. & tut. in vtraque lectu. vbi gloss. præsumit contra rusticum facientem actum clam.

g ¶ *Del heredero.* Azo. in summa. C. de his. quib. vt indig. colu. 2. & dicit, multò magis auferetur hæreditas hæredi: si ipse met occiderit testatorem: nam auferetur ei, si eius negligentia, & culpa testator decesserit. ff. eodem. l. indignum. tu adde. l. cum ratio. in fin. de bon. damnatorum. & .l. Lucius Titius. in fin. ff. de iur. fisci. & ibi Bartol. & .l. sequens. in princi. & .§. fina. ff. ad Sylla. & ibi Bartol. & .l. 8. titu. 1. infra se ptima parti. & .l. penult. titul. nono. lib. 4. for. ll. & .l. his consequente. §. primo. ff. famil. herciscun. vbi colligitur, quod licet hæreditas posit ab occisore defuncti auferri, velut ab indigno nihilominus interim antequam fiscus auferat, ipse est hæres cum effectu, & exercet actiones hæreditarias. & not. Bald. in .l. hæreditas. colũ. 3. C. de his quibus vt indign. vbi etiam ait, quòd si non occidit, sed vulnerauit: succedet efficaciter. ex quo nõ repetit ex hæredatus, vt in aut. ut cũ de appe. cogno. §. causas. & in .l. si. C. de reuo. dona. vi. etiam ibi per eũ, quid si nõ occidit testatorẽ, sed eius vxorem, vel liberos, vel fratrem testatoris: & an portio fratris interficientis accrescat alteri fratri, vel an cõfiscetur? vi. ibi per eum. Aduerte etiam, quia si frater occidit fratrem: hæreditas occisi debet confiscari, non venire ad sequentes in gradu: vt etiam ex ista .l. partitarum colligitur, quia ipsum ius adeundi transit ad fiscum. vt in. d. l. his cõsequenter. §. 1. nam iura sanguinis non absorbetur propter crimen, sed succedit fiscus secũdũ Bal. in .l. eam quã. col. 3. ver. hæc faciunt ad qõnẽ. C. de fideicõ. & idem secundũ eũ si filius patrẽ interfecit, quia non succedit nepos, sed fiscus, in feudo tñ paterno, si frater occiderit fratrem suũ, feudum non confiscaretur, sed transiret ad alios agnatos: vt not. glo. in. c. 1. si vasal. feu. privetur cui defera. Bal. in. c. 1. §. similiter. nu. 4. quib. mod. feud. amitt. ex quo infertur ad maiorlatu, &

Non inueni eam in nona rec.

ste filius occisoris succederet in maioria. vide bonum text. in .l. post legatum. §. si pater. ff. de his quibus vt indign. & .l. 1. in seruitute. §. si quis bonorum possessionem. ff. de bon. liber. & in ea. l. in. §. si patroni filius. &, l. diui fratres. & ibi Bartol. ff. de iure patro. & .l. 1. §. si filium. ff. de bon. pos. contra tabu. & Bartol. in authẽ. vt cum de appel. cog. §. si quis de prædictis. cella. & glo. & Bart. in l. 1. ff. si qs ali. test. prohi. sed an si filius occisoris moriatur sine filijs succedet pater occisor? & tex. videtur q̃ non in. d. l. Lucius. ff. de iure fis. aduerte tamen quia illa. l. loquitur bonis quæ habentur à patre non in his quæ habentur ab antiquioribus titulo maioriæ sed ad ea quæ habentur à progenitoribus antiquis: & quod indignus paterna hæreditate perdat illa facit. l. si ex patronis. §. Iulianus. ff. de bon. liber. Item ex quo pater fuit exclusus propter delictum perpetuo debet esse excluſus quia causa exclusionis fuit perpetua. facit ad hoc quod notat Bald. in. §. quin etiam. epis. vel abbatem Soc. cons. 9. a. vol. col. 10. Petrus parisius cons. 72. vol. 4. nu. 101. cum tribus seq.

a ¶ *Yoguiesse.* Azo. in summa. C. de his quib. vt indig. col. secunda. dicit fore idem, & si grauissimam iniuriam ignoranti testatori fecerit, puta cum vxore sua concubuit: nam et iam tunc adimeretur ei legatum: & forte adimetur ei hæreditas, vt. ff. de adimen. lega. l. §. fin. sed argumentum contra est in eo. tit. l. ex parte. Bal. etiam in. l. fideicommissum. C. de fideicommiss. dicit, quòd si non offenderit testatorem viuum, sed eius memoriam, vt quia stuprauit viduam? & concludit post gloss. quòd perdit legatum, & multo fortius, si testatore viuente, cum ea adulteretur siue ergo hoc fiat testatore viuente, siue eo mortuo: videtur q̃ procedit, quod hic habetur. & ista. l. loquitur in distincte. vnde vtrunq; casum complectitur. Bart. etiam in. d. l. ex parte, concludit, quòd propter causas inimicitiæ tantum posit quis à successione repelli quando hæres in stitutus præbuit causas inimicitiæ, vt quia occidit filium testatotis, vel fecit sibi aliquid grauissimum, si tamen testator vel extraneus dedit causas inimicitiæ, & non ipse in stitutus, tunc habet locum, quod habetur in. d. l. ex parte. quia non reppellitur ab hæreditate. & ita soluit, quod Azo. reliquit in solutum, hoc etiam quod in ista. l. disponitur, tenuit glos. in. l. fororem. C. de his quib. vt indign. Aduerte tamen pro intellectu huius. l. quia videtur, quod intelligi debeat, quando hæres post mortem defuncti concubuit cum eius vxore: nam si viuente testatore hoc fieret, & eo ignorante: tunc reuocaretur in stitutio, & legatum expræsumpta voluntate testatoris: quòd si scisset reuocasset, vt no. glos. in. d. l. fideicommissum. C. de fideicommiss, & quia tunc legatario vel hæredi in stituto ad huc non erat aliquid quæsitum, neque testamentum confirmatum, non potest dici, quod auferatur ab eo, tanquam ab indigno, ita dicit notabiliter Barto. in. l. 1. ff. de his quib. vt indig. Bart. tamẽ loquitur ibi in legato: & aliud videtur dicendum in hæreditate, quæ non potest adimi voluntate nuda, sine solennitate: vt in. d. l. ex parte. & in. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mili. & tenet Pau. de Castr. in. l. fideicommissum. C. de fideicommiss. vbi vult, q̃ hæreditas tunc applicetur fisco, auferendo ab hærede, vt ab indigno: prout etiam voluit Bald. Alex. vero in. l. fororem. C. de his quib. vt indign. dicit hoc, q̃ applicetur tunc fisco, esse contra tex. in dict. l. ex parte. & contrà mentem gloss. & docto. in. d. l. hæreditas. C. de his quib. vt indign. dum reprobant solutionem, secundum gloss. ad. d. l. ex parte. & sic vult, quod tunc hæreditas non applicetur fisco, sed remaneat penes hæredem. vnde articulus iste redditur dubius, ex conflictu istarum opinionum videtur dicendum, quod ista. l. indistincte procedat, vt dixi. & est de mente Bar. in. d. l. ex parte, & de mente doctorum in. d. l. fideicommissum. vbi vt dixi Bald. tenet expresse, & fuit etiam de mente Azo. & quia. l. ista generaliter loquitur: & quia videtur absurdũ, vt hæreditas maneat apud hæredem ita indignum.

14 b ¶ *Con la muger.* Idem videtur si cum filia, vel nuru: vt in .l. 9. titul. 26. 4. parti. & quæ ibi dixi.

15 c ¶ *Que era falso.* Adde .l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bon. liber. & .l. alia causa. C. de his quib. vt indign. & vide per Azo. C. de his quib. vt indign. in summa. col. 4. versic. est secunda causa. vbi hoc intelligit in hærede maiore viginti quinque annorum: nam minori ætati eius qui accusauit parcitur post. l. legatum. §. ætati. ff. de his quib. vt indign. & arg. l. minoribus. C. eod. quid autem si non dicat falsum, sed intentet bonorum possessionẽ contra tabulas, an procederet quod hic habetur: vide per Alexan. in. d. kalia. & glo. & doct. in. l. si qui contra. ff. de vulg. & pupil. & not. quod in impugnante illud instrumentum extra testamentum, vel codicillos non procederet quod his disponitur l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo. obliga. Paul. & Alexand. in dicta l. alia.

b ¶ *Tuyzio de sentencia.* Imponente finem liti intellige: nam si appellauit, & pendente appellatione, distitit: idem est, acsi in prima instantia distitisset. arg. l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bon. liber. glos. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testa. ita etiam declarat Azo vbi supra: sufficit enim, vt euitet istam pœnam siue à principio siue pendente appellatione desistat, & ita est intelligenda & limitanda. l. ista partitarum ad terminos iuris communis, vnde sumpta est. Quid autem si desistat post conclusionem in causa? Cynus in dict. l. alia. voluit. idem esse, acsi lata esset sententia: quia causa censetur consumpta post conclusionem in causa per. l. quanuis indubitati. C. de adulter. vnde caute la est secundum eum, quod expectet sententiam, & postea appellet: & deinde ante conclusionem in causa renuntiet, seu desistat: quia sic non patietur pœnam priuationis. perdic. §. accusasse. & idem tenet ibi Bald. allegans gloss. notabilem. in lege prima. in princi. in gloss. secunda. ad fi. ff. de actio. empt. si tamen ille, qui desisteret ante sententiam post conclusionem in causa non agebat litem improbam & ita ex actis appareat excusaretur renuntians post conclusum in causa secundum Paul. de Cast. & Alex. in. d. l. alia per text. in. dic. §. meminisse. ibi lite improba, per seueraueriet per quem text. etiam dicitur, quid si sententia esset lata contra absentem contumacem.

17 c ¶ *Personero o abogado.* Adde. l. post legatum. §. sunt qui putant. ff. de his quib. vt indignis. & .l. fi. 1. rñ. ff. de inofficio. testa.

18 f ¶ *Del Rey.* Vide in dict. §. sunt qui putant. ver. aduocatum fisci. & nota istam. l. partitarum, cum dicit per pro o mandado del Rey. nam ex distinctiua vult, quod & si non necessitetur ex necessitate officij, excusetur procurator vel aduocatus fici assumens hoc officium solũ pro vtilitate fisci. ex cusabitur ergo quicũq; procurator vel aduocatus, & si non sit ille, qui ad ista est deputatus à rege. & sic extenditur dispositio. d. ver. aduocatum fisci.

19 g ¶ *Guardador.* Adde. §. si tutor. inst. de inoffici. testamen. & .l. cum quæ dam mulier. ff. de administra. tuto. vbi vide Bal. idem volẽtem in quo libet legitimo administratore.

20 h ¶ *La sexta.* Adde quę tradit Azo. C. de his quib. vt in dig. in summa. co. 4. versi. est alia causa tertia.

21 i ¶ *En poridad.* Secus si palam, vt in .l. non intelligitur. in princip. ff. de iure fisci. vbi vide bonum textum quando dicatur fieri clam, vel palam. & not. quod licet fiat promissio de restituendo incapaci in publico instrumento: si tamen roganturteses & tabellio, vt teneant in secreto: dicitur fieri clam secundum Barto. in .l. nõ intelligitur. §. tacite. ff. de iure fisci. & in .l. infraudem. ff. de his quib. vt indign. vbi ponit hæc verba. Idem dicerem, si fieret instrumentum publicum adhibitis testibus, & notario: in quorum fidem posuit, quod hoc secretum tenerent: tunc enim satis est tacitum fideicommissum, id enim dicitur fieri clam quod taliter fit, quod non potest deuenire in notitiam aduersarij secundum Barto. in. d. §. tacite. & adde Decium consil. 399. column. fina. & in dubio quando non certificauit personam, cui restitueretur, est aliqualis præsumptio, quod reliquerit incapaci: non tamen tanta quod sufficiat, nisi aliter probetur. secundum gloss. in l. Lucius. §. in testamento. ff. de lega. primo. & ibi Barto. & idem Bar. in. l. quem hæredi. in fin. ff. de reb. dub. & licet non sufficiat hoc ad probandum tacitam fidem fuisse accommodatam: si tamen testator rogat hæredem, vt restituat, cui vellet: non poterit hoc casu spurium eligere: quia tunc viderur capere a testatore. l. vnum ex familia. in princip. ff. de lega. secundo. & tenet Bartol. in lege si quis. columna secunda. ff. de his quibus vt indign. vide etiam in ista materia per Salycet. in. l. etiam, verfic. Item quæro. C. de fideicommiss. qualiter hoc probetur: & quid si testator habens filium spurium in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituyr uxorem, & roget, vt post mortem restituat quibus velit: quæ postea institutit spurium filium testatoris an præsumatur, quod per eam fuit tacita fides ad hoc accommodata? Bartol. dixit quod non indict. §. in testamento qui etiam ita consuluit per multas rationes in consilio quod incipit Cæchus despoleto. adde quę not. idem Barto. in l. si is qui ff. de vulga. & pup. & tradit Alexan. consilio. 51. incipit visothemate ad fi. in secundo volu. & quæ not. Bal. in l. eam quam. col. 10. versi. subiungitur talis. q. C. de fideicom.

su fisco[a], o a otro, que lo non podia heredar[b], porq̃ le era defendido por la ley. Ca si el heredero cõplisse tal ruego, [c]o mãdamiento del testador, e la entregasse al otro, perderia[d] porende el derecho q̃ auia en la heredad. E por qualquier defalta seys razones sobredichas pierde el heredero la herẽcia: e deue la auer el Rey e por estas mismas razones que el heredero deue perder la herencia, por essas mismas perderian las mãdas[e], aquellos a quien fuessen fechas.

22 a ¶ *Su fisco.* Spurio & incapaci vt sequitur & ad dc. l. nõ intelligitur. §. tacita. ff. de iur. fisci. & Bald. in. l. etiam. versi. modo quæro. C. ad. l. fal. Sed an si testator filio spurio reliquit palam applicetur fisco? vel remaneat apud hæredẽ scriptum, vel ad quos bona debeant deuenire? vide Bart. in. l. fi. col. 2. ver. quarto & reuoco in dubiũ. ff. de his quib. vt indig. vbi etiam tractat, an sit aliquis modus relinquendi filio spurio. vide ibi per eum.

23 b ¶ *Que lo non podia heredar.* Quid si poterat capere tempore testamẽti, sed non tempore mortis: vel contra? vi. l. non intelligitur. §. quãdo autem. ff. de iure fisci. & l. in fraudem. §. 1. ff. de his quib. vt indig.

24 c ¶ *Cumpliesse tal ruego.* Et inferius dicit. e la entregasse. innuit aperte ista. l. q̃ ex sola accommodatione tacitæ fidei de dando incapaci, si hæres ei non traderet hæreditatem: non auferetur hæreditas ab hærede, vt indigno, neq; perderet hæreditatem. & secundum hoc superflua ellet disputatio Barto. in. d. l. si. ff. de his quib. vt indig. quid de beat facere in conscientia ille, qui est tacite rogatus de dando incapaci: vbi concludit legaliter, vt ipse dicit loquendo salua ratione theologorum, q̃ debeat dare fisco secundũ cõscientiam, neq; potest dare spurio vel retinere: quia tenendo, dicitur malæ fidei possessor. l. eum qui. ff. eod. malefidei est omne, quod non est ex fide, peccatum est vt in c. fin. de præscript. ex quo Bar. vult aperte, q̃ ex sola tacita fide, etiam absq; traditione, hæres patiatur istam pœnã, quod tñ dictũ Bart. cũ dicit non posse retinere in cõscientia, & quod teneatur padere fisco, nõ caret scrupulo: cum verus hæres sit, & in pœnam. il. hanc hæreditatem fisco detulerunt: & pœna in foro conscientiæ nõ soluitur glo. vulg. & nõ tabi. in. c. fraternitas. 11. q. 2. & contra hoc dictum tenet Didacus à Couarruuias in suo epito. matrimoniali. 2. parte. c. 8. §. 1. ver. quinto. hinc colligat, q̃ secundum eum ipse spurius posset in foro conscientiæ talia bona retinere, si sibi ab hærede traduntur, etiam si præsente fides de restituendo. vide ibidem versi. 1. infertur. sed forte dictum Barto. verius est, ex quo ille hæres non habet voluntatem defuncti, neq; sibi relinqueret, nisi tidem tacitam præstitisset. vnde non potest dici, q̃ sit verus hæres. Item q̃ subdit dictus Didacus q̃ spurius potest retinere, salua conscientia, si sibi ab hærede tradatur, videtur contra ea quæ dixi supra ea. l. in glos. super parte en poridad. q. si ille spurius non ab hærede videatur capere: sed à testatore: & cum sit incapax etiam in foro conscientiæ tinebitur restituere, prout etiam ipse Didacus fatetur, quod spurius non potest cum bona conscientia retinere res sibi à patre donatas, vel relictas, vt tradit vbi supra ver. primum. & respondet ad glo. d. c. fraternitas. Tu cogita super his. & adde Lucam de penna in. l. 1. C. de his qui se defe. li. 10. co. 1. ad fi. vbi ponit quæstionem an ille qui commisit aliquod crimen propter quod debeat perdere bona sua si crimen sit occultum teneatur ipse se deferre in foro conscientiæ & hoc reuelare. & ibi refert distinguentem Bartol. an bona publicentur ipso iure vel per sententiam. tu vide in hoc de confisc atione ipso iure quod non liget in foro conscientiæ vt teneatur se prodere quæ tradit Didacus à Couarruias in dicto suo tracta. matrimoniali. parte. 2. capitul. 8. §. 8. & Iaco. septimacensis in suo tract. de hæresi. capitul. 9. numero. 27. cum sequentibus. & hoc etiam probari videtur ex l. non intelligitur. in prin. ff. de iure fisci. vbi totum pondus fit in accommodatione tacitæ fidei de restituendo incapaci. & idem probatur in. §. quando autem. probatur etiam in dict. l. eum qui. in prin. ff. de his quibus vt indig. vbi habetur, eum qui tacitum fideicõmissum in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi, quia bonæ fidei possessor fuisse non videtur: pondera verbum (quoque) nam expresse sentit de hærede, qui possidebat, & adhuc non restituerat conuento, item quia reputat eum malæ fidei possessorem. & sic teneatur ad fructus etiam ante litem motam, hoc etiam probat text. iuncta secunda expositione glos. ibi in. l. etiam. C. ad legem falcid. & ibi Saly cetus expresse nodicens not. quod non expectatur, vt fidei accommodator soluerit, sed sufficit, vt solum fidem accomodauerit, vt patet ex secunda ex positione, quam facit glos. super verbo admiristrasse, quod tene cordi. hæc sunt verba Salycet. probatur etiam hoc in. l. imperator. §. fi. ff. de fideicommissa. liberta. hoc etiam probatur. in. l. in tacitis. ff. de lega. 1. vbi loan. de Imol. notat tria requisita per illam. l. vt quis dicatur in fraudem fidem accommodare, scilicet quod factum sit clam, & q̃ hæres secreta cautione se obligauerit, & quod sit fides accommodata de restituendo non capaci, & q̃ nisi prædicta interueniant, non habet locum alia pœna. & sic quod soluat incapaci vel ne, non est in cõsideratione, ibi iq; refert Iacob. de Are. Rayner. & Bald. inferentes q̃ si non interueniat cautio aliqua, sed forte nuda pollicitatio, vel nulla penitus appareat cautio, quod tunc non habebit locum aliqua pœna & quod sic doctores prædicti videntur sentire q̃ licet hæres accomodasset tacite fidem: si tamen se non obligauit cautione priuata vel chirographo, non habebit locum pœna. & per consequens non applicabitur fisco, quod dicit esse singulare in materia si esset verum, ipse tamẽ tenet in hoc cõtrarium per. d. l. nõ intelligitur. §. tacite. cũ ibi nota. per Bar. & per Bar. in. l. f. ff. de his quib. vt indig. vbi glo. & Bart. videntur velle q̃ nedum per cautionem priuatam recognitam potest probari de accõmodatione tacitæ fidei: sed etiam per confessionem eius, qui dicitur rogatus & illud dicitum Imol. videtur verius maxime stante. l. ordina. finius regni incipienti e como quier. hæc omnia probant peccatum hæredis, à quo pœna priuationis descendit consistere in sola fidei accommodatione tacita de restituendo non capaci. vnde videtur q̃ ista. l. partitarum supplenda sit iuxta. ll. iuris communis, de quibus sumpta est cum in hoc nulla diuersitas opinionum fuit inter glossatores neq; aliosscribentes in iure communi. Et sic q̃ si hæres rogatus soluit non capaci, conficetur hæreditas, vt hic. & idem si non soluit. sed tacitam fidem accommodauit de dando non capaciper dictas leges & sic secũdum vtranq; expositionem glo. in. d. l. etiam. & quod ista. l. in hoc non lit corrigere, quæ erant de iure communi, patet ex. l. 5. titu. 11. infra. ea. parti. vbi poniturhæres ex sola accommodatione tacitæ fidei, nisi sit filius in potestate, vel seruus testatoris, vel dic quod ista. l. partitarum decidat casum singularem, qui non ita clare reperiebatur decisus de iure communi, scilicet q̃ si hæres secreto fuit rogatus de restituendo incapaci, non tamen constat quòd hæres suam fidem ad hoc accommodauit: si tamen hæres processit ad actum restitutionis in persona indigni: tunc talis hæreditas restituta applicatur fisco: & hæres perditius, quod in hæreditate habebat: vt enim hic vides non dicitur, quod hæres fidem accommodauit, sed quod rogamen tacitum testatoris impleuit, restituendo incapaci. & licet de hoc videatur casus singularis in. l. si postulante. §. fina. ff. ad Trebellia. non tamen est ita clarus. & Bald. illum tex. ad hoc allegauit in. l. eam quam. col. 6. C. de fideicom. versicul. sed quæro. vbi quærit, quid si dignus rogatus est restituere indigno vel in minori parte digno? & respondet, quod si rogatus accomodauit tacitam fidem, succedit fiscus: sed si non accommodauit, non succedit, quod dicit esse verum, si res stet in actu verbi, sed si rogatus processit ad actũ restitutionis in persona indigni seu incapacis, tunc illud quòd restitutum est indigno applicatur fisco per. d. l. si postulante. §. fi. quem tex. dicit vnicum in iure. casus ergo ille, quãdo hæres accomodauit tacitam fidem de restituendo incapaci, non decidi tur hic, & remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissime cum similibus. ff. de libe. & posthu.

d ¶ *Perderia.* Libertates tamen in testamento relictæ deberentur. l. impe rator. §. fina. ff. de fideicommiss. liberta. & nõ veniunt prælegata in bonis, quæ auferuntur ex causa fideicommissi. l. eum qui. §. final. ff. de his quibus vt indign. & nunquid ille, qui tacitam fidem accommodauit in vno nummo, censeatur indignus tota hæreditate? Bald. quod sic in. l. etiam. C. ad legem falci. sed in cõtrarium est textus in. l. hæres qui certam. ff. de his quibus vt indign. Quid autem si testator, qui tale rogauit, erat presbyter: hæres vero institutus laicus, qui bona restituit, seu tacitam fidem accommodauit: cui fisco, an ecclesiæ vel imperij bona applicentur: Baldus in. l. si quis presbyter. C. de episcopis & cleric. versicul. secundo inducitur ista. l. dicit, quòd fisco regio, ex quo bona auferuntur de manu hæredis laici, & cui erat ius quæsitum: si tamen hæres esset presbyter, applicarentur ecclesiæ secundum eum, qui arguit à sententia iudicis ad sententiam legis: quia cum per sententiam iudicis bona eclericorum non possunt fisco imperij applicari, sic idem est dicendum in sententia legis: & cum dictis Bal. transit ibi Pau. de Castr. & Ioan. de Platea in. l. 1. col. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. & nota, quod licet testator roget secreto hæredi, vt de bonis proprijs det tantum incapaci, habebit locum hæc pœna, si tantum dem hæredi à testatore relinquitur, quantum rogatur restituere secundum Ioan. de Plat. in. l. 1. circa fi. ver. item limita. C. de delato. li. 10. per l. sed si hoc. §. 1. ff. de condit. & demonstra.

25 a ¶ *Las mandas.* Nota bene istam regulam, quæ etiam probatur ex iuribus allegatis superius in qualibet ex prædictis cautis.

¶ *Ley. IIII.*

Si incapaci testator aliquid relinquat fraudulenter iure institutionis, siue alias & is antequam recipiat Regis curiæ hoc reuelet: habebit in præmiũ medietatem hæreditaris, vel legati ad minus. hoc dicit.

1 b ¶ *A la corte del Rey.* Non aperit coram quo delatio fit facienda, & de iure communi ista delatio fieri debebat coram procuratore cesaris. vt in. l. prima. C. de his qui se defe. libr. 10. & in lege prima & secunda. C. vbi cau. fiscal. forte in regno sufficiet, seu fieri deberet coram his qui præsident in iudicijs rerum fiscalium, & patrimonij regni: qui vulgo dicuntur contadores maiores, qui videnf

Ad tit. C. de his qui se defe. libro. 10.

Si la guno de aquellos aquiẽ defiẽden las leyes dste nuestro libro, q̃ les no pueden fazer mãdas, nin establescer por herederos, acaescere que gela fagã encubiertamente, segund diximos en la ley ante desta, si este a tal fuere a la corte del Rey[b], e dixere assi: tal manda que me fizo fulano o me segund me fazen entẽder non la puedo auer segund derecho, fazed della lo que touieredes por bien: por esta bondad que fizo en descubrir[c] lo que le era mandado en poridad, que lo non quiso rescebir[d] contra defendimiento del derecho: dezimos que deue auer la meytad[e] a lo menos de lo q̃ le fue mandado, o de la herencia[f] en que fue establescido por heredero en testamento de otro.

¶ *Ley. XV. Porque razones se puede escusar el heredero que non pierda la herencia, maguer non sea vengada la muerte del testador a quien hereda.*

Engança diximos que es tenudo de demandar el heredero de la muerte del testador. E si non lo fiziesse assi, que pierde porẽde la heredad q̃ deuia auer del. Pero cosas y ha en q̃ la non pierde por tal razõ. Esto seria como si el heredero querellasse la muerte, mas el juez o el señor de la tierra, non quisiesse llegar la q̃rella a derecho. Esso mismo seria si acusasse a aq̃llos q̃ supechasse q̃ le auian muerto, e diesse la sentencia cõtra el heredero, assoluiẽdo los acusados e quitandolos de la acusacion q̃ auian fecho dellos. Ca maguer nõ se alcasse[h] de tal juyzio, non perderia porende la heredad: otro tal seria, si el heredero fuesse menor[i] de veynte e cinco años: o si aq̃llos q̃ quiessen muerto al testador, nõ pudiessen ser fallados[k] para fazer justicia dellos. Ca por qualquier destas razones sobredichas en esta ley, q̃ non fuesse toma da vengança de la muerte del testador, non perderia la heredad porende, porq̃ se entiende que non finco por el.

¶ *Ley. XVI.*

Si hæres accusat occisorem eius cui succedit & iudex ei iustitiam non administrauit: aut succumbens non appellatur vel si occisor non inuenitur: aut hæres est minor. xxv. annorum nec accusauit non aufertur ei hæreditas propter hoc. hoc dicit.

e ¶ *La meytad.* Adde. d. l. cũ taciti. & l. fenatus. §. fenatus Adriani. ff. de iure fisci. l. tamen. 1. C. de his qui se defer. dicit tertiã quæ loquitur in hærede rogato, non in fideicõmisso-rio, ideo distinguendum est, vt per Alber. & Bart. in d. §. fenatus. & per Ioa. de Pla. in. d. l. 1. & per Angel. Are. in princi. inst. de fideicommi. hæredi.

f ¶ *Herencia.* Intellige diminuendam dodrantis. vt in dict. l. cum tacitum. & vide in materia distinctionem Barto. & aliorum quos supra in glo. proxi. retuli.

¶ *Ley. XVI.*

g ¶ *Non quisiesse.* In supremo domino vel iudice ex cuius negligentia nõ esset superior, cui fieret querela de negligentia, vel iudicis malitia plane procedit. si vero esset iudex inferior, querelandum esset coram superiori. nam si inferior grauat denegando ius, potest adiri superior: vt cegat iudicem, vt parti petenti reddat ius. vt in authenti. vt differen. iudic. §. si vero. colla. 9. vel vt ipse sibi iustitiam faciat cum ex negligentia denoluatur iurisdictio ad superiorem. vt in authenti. de quæstio. §. si vero forsan. & ibi Bar. colla. 6. & per Ioan. de Plasin. l. nemo carcer. C. de exactori. tribu. lib. 10.

h ¶ *Non se alçasse.* Adde. l. propter veneni. §. finia. ff. ad Syllan. & intelligesecundum Bartoabi quando sententia est bene lata vel est dubiũ, quia tunc præsumitur pro sententia: vel si excusaretur propter inopiam, alias si male esset lata appellare tenetur. & etiam tenetur si pars aduersa appellauit, ei respondere secundum glo. ff. & Angel. ibi & si appellauit prosequi tenetur. l. minoribus. C. de his quibus vt indign.

i ¶ *Si el heredero fuesse menor.* Adde. l. minoribus. C. de his quibus vt indign.

k ¶ *Non podiessen ser fallados.* Adde. l. tertiam. §. si quis ignorans. ff. ad Syllania.

1 b ¶ *Quel non quiso rescebir.* Innuit quod si iam recepit, quod & si se deferat nõ consequatur præmium: contrarium tamen habetur in. l. edicto

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶*Lex. XVI.*

4a Hæredetate per regem ab hærede defuncti necem non vendicante eui cta hæres satisfaciet creditoribus iuxta vires hæreditarias & legatarijs retenta falcidia quam erat hæres habiturus. h. d.

1 a ¶*Despues.* Prosequitur nota. per Azo. C. de his quibus vt indign. in summa. col. fi. versi. & est scien dum.

2 b ¶*El mayordomo.* Facit ad id qđ dixi. 3. eo. l. 14. ingl. i.

3 c ¶*Las debdas.* Add. l. nõ pos sunt. ff. de iur. fisc.

4 d ¶*Lo que el resti bio.* & sic fiscus licet non conficiat inuentarium, non tenebitur vltra vires hæreditatis. vt hic & in. d. l. nõ possunt. & in. l. i. §. an bona. ff. de iure fisci, vbi hoc notat Bart. & Alb. in dict. l. non possunt. colligit, quod si alicuius malefacto ris bona ad fiscum perueniant, non tenet vltra quã ad eum peruenit, & intelligе quando iure deuolutionis quia vacantia seu confiscationis fiscus succederet: quia tũc non dicitur in hæreditate succedere. l. 3. §. eadem constitutio. ff. de fideicommissa. liber. cum gloss. ibi & ideo non tenetur vltra vires hæreditatis. vt in. d. l. 1. §. an bona. & hic. & ita intelligit Barto. in in rub. ff. de acquir. hære. versi. & ex hoc apparet. vnde si fiscus esset, quã do fiscus succederet, vt hæres & iure hæreditario.

5 e ¶*Las mandas.* Adde. l. cum fisco. ff. ad Syllania. & l. dicitur. ff. de iure fisci.

6 f ¶*La quarta parte.* Adde. l. Marcellus. §. fi. ff. ad Trebell.

¶*Ley. XVI. Como quando el Rey o su mayordomo recabda las herẽcias de los herederos, que non las merescen, aque dizen en latin indigni, es tenudo de pagar las debdas e las mandas, a los que fueren señores dellos.*

LA desconocẽcia e el yerro q̃ el heredero faze, en nõ q̃rer vengar por juyzio la muerte de aq̃l aquien hereda nõ deue empescer a los otros q̃ nõ auiã culpa. E porende dezimos[a], q̃ el mayordomo[b], o el procurador de la camara del Rey, q̃ quiere a recabdar los bienes q̃ estos atales đuẽ heredar, assi como sobre dicho es, porq̃ los nõ merescẽ auer, q̃ de ue pagar las debdas[c] q̃ fincaron del testador, fasta en aq̃lla quantia q̃ montare lo que el recibio[d] de la herencia. Otrosi dezimos, que deue pagar las mandas[e] que fueren escritas en el testamento del finado, fasta en aquella suma, que montare lo que la camara del Rey rescibio de aquellos bienes, tirando ende la quarta parte[f] para el Rey, segũd que la deue retener para si el heredero, e esta quarta parte se deue sacar de las mandas, quando non fincare tanto de la heredad de q̃ se podiesse entregar della.

¶*Ley. XVII. Por quales razones la herẽcia que el heredero perdiesse por yerro que oniesse fecho, non la deue auer el Rey.*

CVydariã[g] algũos, que todas las cosas que son tomadas a los q̃ las nõ merescen, que deuẽ ser de la camara del Rey. E porende dezimos, q̃ cosas y ha[h] en q̃ nõ seria assi. E esto seria como si dixesse el testador, e mãdasse a algũd ome alguna cosa señaladamẽte: e despues desto dixesse que rogaua a aquel ome que fuesse guardador de sus fijos, aquel llamã en la tin tutor. Ca si este atal non quisiesse ser guardador de los moços, non merescia auer la manda. Pero tal manda que se toma a este por razõ que era desconoscien te al fazedor del testamento, sera de los huerfanos sobredichos, e non del Rey. Otrosi dezimos, que si algund ome fur tasse el testamento, en que le ouiessen fecho alguna manda, que la pierde[k] por esta razõ, e que deue ser de los herederos del testador e non del Rey. E aun dezimos, que si el testador estableseiere

la, limitatur, vt hic vides in multis casibus: tu etiam iuuita in hæredeindigno instituto, qui non adeat, sed repudiet hæreditatem: nam tunc hæreditas non applicatur fisco, ita Batto. per text. ibi in. l. eius. §. primo. ff. de iure fisci. cum enim indignus non acquisierit, non potest dici, quod auferatur ab eo. Bald. tamen in. l. eam quam. C. de fideicom. col. 2. ver. quæro quid si testator. iuuitat hoc nisi indignus repudiauerit in fraudẽ fisci. quod dicit præsumi si hæreditas erat locuples vel expedies fisco allegat. l. cum fisco. ff. ad Sylla. qđ tamen ipse limitat, quando indignus viuat adhuc tempore mortis testatoris: secus si decessit ante mortem: quia ratione indignitatis, nihil posset auferri: cum dies indignitatis non cesserit. l. fin. §. fin. ff. de his quib. vt indig. quod habetur tamen per gloss. & Bart. in. l. si sequens. in princi. ff. ad Syllã. videtur his dictis obstare: cum loquitur ibi quando hæres fuisset iam negligens in vindicanda nece defuncti: & sic ex negligẽtia iam erat ius quæsitum fisco: & sic est præsumptio, quod in fraudem fisci non adeat: & sic vult quod hæreditas indistincte auferatur ab indigno, siue adeat, siue non adeat. Idem etiam tenet Bart. in. l. i. in. 4. q. prin. versi. itẽ quæro. quid si hæres institutus esset indignus. ff. de vulg. & pupil. vbi Alexan. col. 1. dicit istam esse communem opinionẽ. Soci. etiã ibidem. §. 4. col. ver. circa. 7. q. Bar. asserit hanc esse communem conclusionem, q̃ fiscus auferat hereditatem ab indigno etiam excluso substituto: quam limitat vt non procedat in eo, qui nullo modo est capax, quia tunc fiscus non succedit. l. 1. C. de hære. instit. Secundo limita, vt procedat quãdo institutus recusauit vel in fraudem fisci distulit adire: secus si mortuus fuisset hæreditate sine fraude non adita: quia tunc fiscus nõ admittitur, sed substitutus. Tertio limita nisi in institutus repudiaret, antequã fieret indignus. l. antequam. ff. ad Sylla. & voluit Bart. in. d. l. si sequens. Quarto limita, nisi datus esset substitutus hæredi indigno in eo, qđ capere non posset. vt tenet Ange. per illum text. in. l. 2. de hæred. inst. i. & in. l. in tempus. ff. eo. & licet Soci. contra istam vltimam limitationem arguat ex eo, q̃ expressio eius qđ tacite inest, nihil operatur: & non soluat: potest dici, q̃ ista expressio est per aliũ modũ quam tacite insit, cũ dicit in eo q̃ capere non possit, quod verbum potest comprehendere etiam incapacitatem superuenientem ex indignitate: quod non comprehendit id quod tacite inest, scilicet si non adierit, vel adire non potuerit qđ refertur ad aliam incapacitatem, quæ nõ proueniat ex indignitate ad quam. l. in isto tacito non habuit considerationem: tellator vero exprimens sic.

1 g ¶*Cuydarian.* Prosequitur nota. per Azo. in summa. C. de his quib. vt indig. col. fi. ver. præterhoc ad maiorem notitiam huius tituli. & vide notab. per Bart. in. l. fin. pen. & fi. col. ff. de his quib. vt indig. & per gl. in. l. hæreditas. C. eo.

2 h ¶*Cosas yha.* Regula ergo erit ex ista. l. quod quidquid aufertur ab indigno, applicatur fisco. adde. l. Papinianus. §. meminisse. & ibi gloss. & Bart. & Paul. ff. de inofficio. testamẽ. vbi Paul. limitat, & intelligit, quando propter suum delictum erat indignus, alias secus. vt in. l. penul. C. de lega. 1. C. de secundis nupt. l. si pater. C. de hæredibus instituend. idem tenet Barto. in. l. aufertur. in principio. ff. de iure fis. & adde ad. d. regulam. l. qui contra. & ibi Bald. C. de incest. nupt. hæc regu-

i ¶*Sera de los huerfanos.* Adde. l. post legatũ. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. qñ em indignitas alicui respicit fauorẽ certæ personæ: illud qđ sibi aufertur ã lege, applicat sibi personę. l. pe. C. de lega. & in. d. §. amittere. vbi Bar. quid aũt si pœna priuationis imponatur à testatore? vi. l. vxorẽ. §. hæres. de lega. 3. & quid si testator alias erat legaturus & si nõ esset tutor? vide per Ang. & Alex. post glo. ibi in. l. pe. C. de lega.

k ¶*La pierde.* Concord. cum. l. si legatarius. C. de lega.

5 a ¶*Perderia.* Adde. l. si pater. &. l. nec apud. C. de hæredib. instituẽdis. vide in materia. l. 11. titu. 3. ea. parti. & quæ ibi dixi.

6 b ¶*Hereje, Moro, o Judio.* Habes hic expressum quod iudeus nec paganus non potest hæres institui. nota ad ea quæ dixi in. l. 4. titu. 3. ea. parti.

c ¶*Los mas propincos parientes.* Nota bene nã text. in authen. idem de nestorianis. C. de hæreti. quẽ ad hoc allegat Azo. C. de his quib. vt indig. in summa. col. fi. non ita bene probat.

d ¶*Leyes.* Vid. 3. eo. l. 5. ibi, e otrosi dezimos.

e ¶*Diximos.* Supra eo. l. 6.

¶*Titulus. VIII. De inoffi. testa.*

¶*Lex. I.*

Possunt apponere querelam inofficiosi testamenti descendentes ex hæredati & est querela sic dicta: quia parens fecit contra pietatis officium, & idẽ de ascendente iniuste exhæredato, & proposita querela contra hæredem scriptum citabit eum iudex & pronũciabit q̃ testamentũ non valet & hæreditas litigantis sed si est præteritus descendens vel ascendens non est necessaria querela: quia ipso iure est nullum testamentum. h. d.

¶ Præterea (vt dixi superius) per principem potest minui legitima filii, licet non possit tolli in totum, secundum magis communem opinionem: poterit ergo princeps reseruata portione sufficienti ad alimenta filiorum dispensare: vt cætera bona per viam maioriæ veniantin spurium: neque repugnabit ius diuinum alliegatum: quia vt dicit Ioannes de Imola in dicta lege tertia. ff. de testamen. illa auctoritas non multum vrget: quia illud erat quodam præceptum iudicialle legis veteris, & non videntur obligare in lege noua ista iudicialia, ni si quatenus sunt approbata per habentem authoritatem legis condend, vt habetur in capitu. translato. de constitu. & per Sanctum Thomam. prima secundæ, quæstione. 104. articulo tertio. de quo etiam in capitulo fina. de successio. ab intesta. & in. §. hisita. 6. distinctione. hoc etiam videtur de mente Hostien. in summa. in titu. qui filii sint legiti. vbi dicit, quòd licet Imperator possit legitimando spurios eos ad præreditatem admittere: non tamen hoc posset legem generalem condendo statuere, quod admittantur ad successionem: quia multi essent qui non curarent: vnde filios haberent, si scirent eos sibi succedere debere: & sic si non esset legem generaliter condendo: sed in casu particulari dispensando videtur de eius mente, quòd hoc possit imperator. hoc etiam vult Bald. in lege. eam quam. columna nona. C. de fidei commiss. vbi dicit, quòd non potest princeps facere legem generalem, quòd spurii succedant: quia est indirectè contra bonos mores, sicut neque constitutio valeret, quòd quilibet posset adulterari & incestum committere: & subdit quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt concepti in vtero: quia est dolus de futuro: sed si essent nati, vel concepti, potest: quia est dolus de præterito, circa quæ non remouetur reatus, sed pœna, & pro ista parte etiam facit, quod not. Ioannes Andre. in additio. ad Speculato. titu. de successio. ab intesta. §. finali. versicul. sed ex facto. vbi dicit, quod princeps posit statuere, quòd tales succedant patribus, sicut statuit, quod succederent matribus potissimè cum generatione & natura sint filii, & consanguinei, licet ad comprimendum illicitos coitus primo excluserit illos per legem suam, vt in authentica. quibus modis natura. efficium. sui. §. si oportet. si ergo ad primordium naturæ reducitur spurius, cessat causa querelandi. lege prima. C. de imponen. lucrati. descriptio. libro decimo. finaliter tantum refert Hostiens. tenere contrarium vbi supra, ista etiam quæstio latissimè tractatur per Præpositum Alexand. in capitul. per venerabilem. in versicul. quod autem. qui filii sint legiti. in quinta quæstione principali. versiculo octauo quarto. & in capitul. constitutiones. decima distinctione. & concludit necdum hoc posse statui per legem imperialem: verum etiam per aliam legem ciuilem, vel statutum nam ex quo per legem ciuilem matribus possunt succedere, vbi etiā militat ratio peccati vitandi: ita eaiam sit lex admittenda si statuat, quod succedant patribus. Adducit etiam, quòd iste successiones sint de iure ciuili de iure, licet in filiis hoc suadeat naturalis ratio, vt in lege. cum ratio. ff. de bonis damna. ideo ius ciuile potest eas modificare, & augere & circa eas disponere, iuxta notata per Dynum in regul. indultum. de regulis iuris. libro sexto. nec erit facienda differentia inter natos ex damnato coitu, & alios secundum eum: quia prædicta fundamenta militant in vtrisque, licet Baldus in lege prima. C. de iur. aureo. annu. faciat inter istos differentiam: cum quo etiam videtur transire Decius in capitul. in præsentia. de probationi. numero quadragesimotertio, quia secundum eum cum differentia Bald. fundetur super peccato, non procedit: quia in vtroque est peccatum mortale, licet in natis ex damnato coitu sit malus ibi? respondet ad principale motiuum tenentium statutum tale non valere, scilicet, quia dare videtur occasionem peccandi: nam secundum eum illud procederet, vbi lex directè disponeret ad peccatum: secus si à remotis: nam causa remota non ordinatur directè ad effectum: & ideo non habetur in consideratione. lege qui domum habebat. ff. locatio in fin. leg. Neratius. ff. de seruo corrup. capitu. de occidendis. vigesimaquinta quæstione quinta. capitu. exhibita. de homici. alias dicere mus, quod lex euangelica, quæ prohibuit repudium dari vxori, pervirum esset iniqua, si contingeret, quòd ob hanc causam in dissolubilitatis occideret aliquis vxorem suam, quam haberet exosam, & illud dictum non erit hæres. &c. quod etiam retulit Apostolas ad Galatas quarto. non obstabit: nam secundum eum Apostolus loquitur, secundum illas leges, quarum erant & nunc sunt: per hoc tamen non dicunt legem imperialem super hoc de nouo edi non posse: facit etiam pro ista parte communis doctorum conclusio in lege. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. qui dicunt principem posse legitimare filios illegitimos in præiudicium filiorum legitimorum. & istud fuit sequutus Bald. in dicto. §. & quid si tantum. & in dicto. §. filii nati. si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. & in lege. cunctos populos. C. de summa Trinitate & fide Catholic. & in lege prima. C. de iure aureo. annulo. quinimo, & de iure isto partitarum, hoc est decimum per legem fina. titul. decimoquinto. quarta partitarum, vbi vide, quod dixi, & licet ista quæstio pro vtraque parte satis sit disputabilis: mihi tamen magis placet prima opinio, velutiusstior, & æquior, & bonis moribus & honestati congruens. & quia vt habetur in Euangelio, non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. & illud Apostoli, si filius ergo hæres. & quia licet exclusio legitimorum non habuerit fontem a iure diuino, vt supra dictum est, sed tantum a iure ciuili, & lege positiua: cum talis res ita sit rationabilis, & honesta princeps est obligatus ad obseruantiam talis legis à dictamine rationis: quia est animal rationale, & à tali dictamine rationis princeps non est solutus, sicut neque a lege æterna, vel naturæ. vt tradit Baldus in lege secunda. columna septima. C. de seruitutib. & alibi dixit idem Bald. quod licet principis sit suprema auctoritas: tamen naturalis ratio auctoritate eius mutari non potest, in lege. si non speciali. C. de testament. & quia si lex reputat absurdissimum, quod extantibus legitimis naturales sibi introducantur in successione, & si legitimentur, vt in authentica. quibus modis natura efficiun. sui. in. §. tribus. multò magis reputari debet absurdissimum, si ita spurius introducatur, vt legitimos excludat, quasi a tota successione: enormiter nanque lædere in legitima est idem, quòd in totum tollere, vt dixi in lege. vnde decima. titulo quarto. supra eadem partita. Et in hanc sententiam inclinat ille vir luminus seu difica, & christianus vir Andreas de Isernia in. §. naturales. si de feud. fuer. controuer. inter domin. & agna. & quia illa opinio, quòd non valet statutum, quòd spurius succedat est magis communis opinio. & qui eam impugnant loquuntur, quando non essent filii legitimi: & licet Imola, & Franciscus de Aretio in dicta lege tertia. ff. de testamē tis. conentur responsiones dare ad illud iuris diuini, eiice ancillam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. videp illam auctoritatem adductam per Sanctum Ambrosium & positam in volumine Decretorum in dicto capitulo. dicat aliquis. quam auctoritatem etiam Bald. in lege. cunctos populos. in quarto fol. C. de summa Trinitate & fide Catholi. exponit ideſt non erit hæres filius concubinæ cum filio vxoris legitimæ. & quia lex illa partitarum loquitur in filijs naturalibus legitimatis, vt patet ex serie illius tituli, & intelligitur vt ibi dixi de legitimatis ante natiuitatem filiorũ legitimorum, & naturalium, vt ibi dixi, quod etiam & hodie non admisit dicta. l. Taurina pro ista etiam parte bene facit doctrina Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in gloſſ. super parte videbitur. in ver siculo. secundo casu principali.

Inno. rec. eſt. l. 7. & 8. tit. 8. libro. 5.

¶ Bene tamen fateor, quod posset princeps concedere priuilegium facienti maioriam, quod posit vocare filios vel nepotes spurios ad maioriam, eo casu quo deficerent filij legitimi, sicut & alias in defectum aliorum lex habilitat spurios, ad honorem publicum decurionatus. lege. generaliter. §. spurios. & lege. spurij. ff. de decurio. & in propijs terminis ita consuluit Decius in consilio ducentesimo septuagesimo primo. incipit, in casu transmisso de Hispania. versicul. postremo. penultima colum. & fin. & intellige. & limita, vt dixi supra quinta partita. titul. octauo. l. penultima. in fine. gloſſ. super parte, segun se auiene. non tamẽ ex tali facultate posset vocari spurius ad maioriam dignitatis, veluti ad ducatum, vel comitatum ex eo, quod not. Bald. in l. eam quam. columna decima. C. de fideicommiſſ. verſ. quæro vtrum legitimatus. vbi quærit, vtrum legitimatus ad feuda comprehendatur sub isto generali vocabulo ad feuda dignitatis. & respondet quod non: quia dignitas, vult dignos vtero, non impetrato beneficio indesinente: nam talis interpretatio non extenditur ad curata, neque ad dignitatem, quoniam in illis reddit se princeps difficiliorem in concedendo. ad quod vide bonum textum in capitul. cum in illis. de præbend. libro sexto. & capitul. fina. de præbend. in volumi. decretalium. & Socin. consilio ducentesimo sexagesimo. in causa nautensis secundo volumine. columna decimatertia. verſicul. quarta principalis conclusio. quinimo. argument. dict. capit. cum illis. in principio. videtur dicẽdum, quod si in maioria essent castra, & villæ cum iurisdictione & vasallis, quod ex tali generali facultate, spurius ad ista non posset vocari: & quia habere vasallos est dignitas, cui iurisdictio inest, vt dicit Baldus in verſicul. Marchio. ad finem. de his qui feud. dare poſſ. hoc tamen non firmo ex eo quod hodie iurisdictiones vendantur cũ territorijs, & vasallis & rusticus posset esse capax: & quia maior ratio militat in cura animarum, de qua in dicto capitul. cum illis. quam in iurisdictione temporali.

¶ Et si filius qui in defectum legitimorum, vocaretur ad maioriam, esset filius naturalis: crederem non esse necessariam ad hoc specialem principis concessionem: cum de iure communi. & isto partitarum pater potest deficientibus filijs legitimis, relinquere bona sua filio naturali tantum, vt in authentica. licet. C. de natura. libe. & in. l. fina. tit. decimotertio. infra eadem partita. & si habeat ascendentes legitimos, vt in. l. 10. in ordina. Tauri. & satis bene hoc probatur in. l. vigesimasexta. in ordina. Tauri. neque ad hoc obstat textus in lege. si is qui. ff. de vulgari & pupillari. cum gloſſ. ibi quatenus exemplificat illam legem in filio naturali vbi habetur, quod si pater substituat filio legitimo, & naturali impuberi filium naturalem patris, quod talis substitutus adueniente casu substitutionis, licet posit habere ex substitutione bona pupilli: non tamen bona patris, in quibus alias non potest extantibus legitimis, succedere, propter eius incapacitatem: nam de necessitate lex illa debet intelligi prout Ioannes de Imol. eam intelligit in lege. Lucius. ff. eodem. quando vltra pupillum stabat alius filius legitimus: alias autem substitutus pupillaris admitteretur, etiam ad bona patris. quod Alexand. ibi. columna tertia. in principio. dicit fumme esse notandum, pro limitatione illius legis. & licet iste intellectus aliqualiter diuinet secundum eundem Ioannem de Imol. tamen dicit esse tenendum, vt euitetur contrarium, quod alias posset formari de dicta lege. Lucius. & cum isto intellectu tenet etiã Alexander in dicta lege. si is qui. & ratio suadet, quia cum exclusio naturalis, quoad bona patris non sit propter fauorem pupilli: quia imo fauor pupilli esset, quòd naturalis substitutus caperet etiam bona patris. argumento legis. si pupillus. ff. de acquirenda hæreditate. restat dicendum id statutum fuisse propter fauorem aliorum filiorum legitimorum, quibus non extantibus, nihil repugnat: quin etiam bona paterna naturalis capiat ex substitutione, & cum dicta tex. Lucius. permittat filium naturalem venire ad totam hæreditatem ex substitutione, legitimo repudiante: & sic, quod succedat ex vulgari, idem dicendum est in fideicommissaria substitutione: cum etiam per vtranque succedatur testatori. lege. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari & pupillari substitutio. Vnde non stante alio filio legitimo, poterit pater filium grauando ex facultate regia vocare naturalem in defectum descendentium legitimorum. & quod idem

In no. rec. eſt. l. 8. tit. 8. lib. 5. In no. rec. eſt. l. 5. tit. 6. lib. 5.

sit dicendum in fideicommissaria, quod in vulgari. tenet Alexand. in dicta lege. si is qui. Quæſt. 9.

¶ Quid autem si cum haberem filium spurium quem ex errore iuris credebam legitimum, & communi opinione talis reputabatur, feci in eum maioriam an tenebit? vide quod dicit Baldus in lege. si arbiter. verſicul. pone habebam. C. de senten.

¶ Aduerte etiam circa prædicta quod & si expresse non vocetur filius naturalis ad maioriam in defectum legitimorum, ex eo quod quis fecit maioriam in filium maiorem & cæteros descendentes ordine primogenituræ videtur, quod sit vocatus filius naturalis deficientibus legitimis. l. cognoscere. §. liberorum. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de verborũ signifi. videnda tamen sunt in hoc quæ habentur & notantur in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

¶ Aduerte etiam, quod licet vigore facultatis regiæ hoc concedentis, vt posit facere maioriam in vnum ex filijs, quem elegerit pater posit eligere talem filium, si ipse eligat inter filios, filius sic electus non poterit eligere vnum ex suis filijs: sicut poterat pater, videtur pro hoc casu in lege. liberi. ff. de asſignan. liber. & quia concesso regia non extenditur vltra primam vicem. lege. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significa.

¶ Et potest dici, quod vigore talis licentiæ regiæ, quæ est in vsu, quod posit facere maioriam, cum vinculis, restitutionibus, & submissionibus, quibus vellet, quòd poterit condens maioriam dare filio suo, in quem fecit maioriam potestatem eligendi vnum filium, quem vellet, vt in ipsa succedat, licet in casu quo non concederet, succederet maior, vt dixi (cum hoc sit de more maioricatuum Hispaniæ) cum princeps eius arbitrio hoc reliquerit, tenebit talis ordinatio. Non tamen poterit talis filius, quem elegerit eligere temporaliter, seu vsque ad certum diem: imo talis electus per filium, debet habere maioriam toto tempore vitæ suæ. hoc probatur per textum in lege fina. §. ex die. iuncta, lege prima. quam gloſſ. ibi aliegat. ff. de asſignan. liber. quod sine dubio procederet, quando ex verbis primi disponentis appareret, quod sic electi debebant possidere ad vitam, vt si inuestituræ tenor, seu maioricatus diceret: filius meus eligat vnum de filijs suis, tempore suæ mortis. & ille sic electus posit etiam tempore suæ mortis, vel in vita eligere vnum de filijs suis, idem tamen crederem, & si ista verba vel similia non essent in institutione maioriæ: nam talis electio non debet esse temporalis, vsque ad certum diem. argumen. dictæ legis final. §. ex die. cum gloſſ. ibi & quia tam princeps, qui facultatem concedit quam conditor maioriæ, in vocationibus & fideicommissis, quę faciunt habere videntur respectum ad consuetudinem maioratuum, Hispaniæ, quæ est vt succedatur ad vitam, non ad certum diem: vt in simili tradit Andre. Sicul. in consilio decimo, sapienter scribitur. in principio. & per totum. secundo volumine. & Decius in consilio. 397. viso puncto. tertio volumine. & iuxta nota. per Bartolum in lege. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum.

¶ Aduerte etiam. quòd vigore talis facultatis, non videtur princeps concedere, quòd faciat maioriam in fauorem filij, qui sit inimicus regis. bonus textus in lege. Lucius. §. Lucius Titius damam. ff. de legatis secundo. facit bene lex fina. C. de pact. inter empt. & vendi. per quam l. gloſſ. & Bald. in capit. primo. in principio. de proh. feu. alie. per Fredericum. vbi Baldus. columna tertia. dicunt, quòd si dominus det licentiam vendendi feudum amico, non poterit vassallus vendere inimico domini, & facit quod not. idem Bald. in. §. porrò. columna prima. quæ sit pri. cauſ. beneficij amit. de vassallo fideiubente pro inimico domini, adde quod not. Bartolus in extrauagan. ad reprimendum. in gloſſ. super verbo, videbitur. verſiculo. secundo casu principali. In contrarium tamen facit, quod not. Bald. in lege. id quod pauperibus. columna octaua. verſicul. vigesimosecundo quæritur. C. de episcopis & clericis. in quæstione. an executor testamenti posit eligere pauperem inimicum testatoris, vbi dicit, quod si talis erat odiosus & indignus, quod tunc non posit eligi per nota. in lege. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. secus si erat odiosus. & non indignus: quia cum testator decesit confessus, & contritus, istud odium remisit in extremis, vt notatur. Instit. de iniur. in fin. & subdit quod de hoc fiat articulus.

¶ Sed an comprehendatur filius posthumus in facultate ad faciendum maioriam in vnum ex filijs? videtur quod sic. vt in. l. si quis operas. ff. de oper. liber. Quæſt. 10.

¶ Sed pone, quod quis impetrauit à principe licentiam faciendi maioriam in vnum ex filijs suis simpliciter, non adiecto quod posit grauare in legitima alios filios, an poterit eos grauare virtute talis facultatis? dicendum est, quod non, & si rex in licentia poneret, vt liberè posset per textum notabi. in lege. si quando. in principio. C. de inoffi cioso testamento. & tradit in specie Roderic. Suarez. vbi supra folio. sexagesimoseptimo sexto. columna prima, & adde quæ not. Abb. in capitul. dilecti. de iudic. verſicul. quid si potestas. cum sequenti. non ergo vi-

In noua rec. eſt. l. 3. tit. 5. li. 5

gore talis simplicis facultatis poterit ponere aliquas conditiones, contra ius: vt patet ex prædictis. Quæſt. 11.

¶ Sed an ille, qui habet licentiam regiam ad maioriam faciendam in filium, si non habeat filios legitimos posit illam facere in filium spurium. tetigi supra & crederem quod non: quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax. vt in dicto lege Lucius. §. Lucius Titius damam. & quæ notat Baldus in lege. eam quam. C. de fideicommiſſ. & facit bene quod not. Paul. de Castr. in lege. Lucius. §. in testamento. ff. de legatis primo. in quæstione. Li de testatore, qui instituit vxorem, & grauauit, vt post mortem suam restitueret, vel distribuiret bona inter pauperes, quos sibi placuerit vni, vel pluribus. & dicit Paul. quod in tali generali grauamine, non includitur persona incapax. argumento dictæ legis Lucius, §. Lucius Titius damam. allegat etiam Speculato. tit. de instrumen. editio. §. nunc vero aliqua. in additio. incipien. continuatur etiam hic alia quæstio. & idem vult Bart. in. l. fina. ff. de his quibus vt indign. in eadem quæstione. licet Paul. ibi referat Barto. in contrarium.

¶ Talis etiam licentia non prodesset, quantumcunque latissima esset data potestas, si ille cui datur, esset incapax factionis testamenti, vel dispondi alias de suis bonis, vt est text. cum gloſſ. in. l. verbis. ff. de verborum significatio. facit. §. in extraneis. Institu. de hæred. qualita. & differ. & etiam dicta lex. si quando. in principio. adde pro hoc bonum textum in capitu. si gratiosè. in fin. de refeript. libro sexto. & capit. dudum. el segundo. de electio. & sic in hoc magis vincit, seu operatur iuris potentia, quam priuilegium. tex. & ibi Bal. in. l. Titius. §. Romæ. ff. de excusatio. tuto. quia secundum Philosophum actus actiũ rum sunt in patienti bene disposito. capitu. venerabilem. de electio. quod intellige, nisi princeps sciens illum incapacem eam capacitate, super qua princeps dispensare posset dedisset ei hac facultatem: quia videretur cum eo dispensare. l. idem Vlpianus. ff. de excusatio. tuto. l. quidam consulebant. ff. de re iudica.

¶ Ex quo potest dici quod si rex facta sibi relatione quod quis possidebat ali quam viliam titulo maioriæ dedit liberam testandi facultatem de tali villa ei qui illam possidebat quod ex tali licentia poterit disponere etiam in præiudicium sperantis maioriam: quia erat sequens vocatus & ad hoc vide bonum textum in lege etiam in principio. ff. de bon. liber. quod procedere forte posset in maioria quæ habetur ex lege ciuili vel alio principe non tamen forte in ea quæ habetur ex contractu seu de iure gentium in quo princeps non dispensat vt plene deduxi in quadam mea allegatione in fauorem Marchionis de Monte mayor.

¶ An autem vigore talis facultatis, qua sibi conceditur, vt faciat maioriam in vnum ex filijs, posit duas maiorias facere, in duos vel plures ex filijs, vel plures filios vocare ad eandem maioriã? videbatur quod non per textum in capitu. recepimus. & capitu. porro. de priuileg. vbi habetur, quod in priuilegijs debet seruari iuxta eorum tenorem, pro hoc etiam videtur text. in lege. qui soluendo. la primera. ff. de hæredibus instituen. & ibi gloſſ. nota. ex qua videretur dicendum, quod teneret prima maiori e constitutio, non vero secundæ. in cõtrarium ta men est bonus textus in lege prima. in princi io. iuncto. §. quanuis. ff. de asſign. libert. cuius verba sunt. quanuis in singulari sermone Senatusconsultum scriptum est, tamen & pluribus liberis & plures libertas fuse, posse asſignari certum est. Item etiam si testator mandauerit restituirem vni de familia, potest fieri restitutio duobus. l. vnum ex familia. §. si duos. de legatis secundo. & ibi Bartolus, & Ioannes de Imol. & Paulus de Castr. & Baldus in verſiculo itaque. eiusdem legis. & per Bartolum in. §. fed & si fundum. eiusdem. l. vbi idem vult esse econtra, vt si rogetur restituere pluribus, possit restituere vni tantum: & sic si data esset licentia ad maioriam in plures filios, poterit fieri in vnum tantum. & istam partem credo veriorem: nam licitum est recedere aliqualiter à forma data per disponentem: dummodo non recedatur à mente, vt not. Baldus in dicta lege. vnum ex familia. Imol. in dicto. §. si duos. cum eo in mens principis sit dare in hoc istam facultatem, ita vt reguletur secundum voluntatem & dispositionem eius, cui dat: de mente principis est concedere in vnum vel plures, pro ut condens maioriam voluerit, sicut etiam in dicta lege. vnum ex familia. in principio. & §. si duos. mens testatoris seruatur, quæ fuit ne res exiret de familia, quod conseruatur, siue restituat vni, siue pluribus de familia: & præsertim procederet vbi bona essent tanta, quod sufficerent ad vnam vel plures maiorias, prout etiam tradit Paul. de Castr. vbi supra. cum tractat de relicto pro hospitali fabricãdo, quod possunt per executorem fabricari plura, si bona sufficiunt. hoc etiam confirmatur ex. l. decimanona. in ordinamen. Tauri. vbi habetur, quod licet ex lege fori permissum fuerit meliorare in tertio vnum ex filijs, poterit pater si voluerit meliorare plures, cuius opinionis fuit doctor de Segura. in repetitione dict. §. fed & si fundum. folio. octauo. columna secunda. verſiculo sexto. & folio decimoquarto. colum. na pri-

Quæſtio. 12. In noua rec. eſt. l. 1. tit. 6. li. 5

¶ Et an virtute facultatis faciendi maioriam in vnum ex filijs posit facere filio quicunque in potestate per viam donationis? videtur quod sic ex. l. decima septima. in ordinamen. Tauri. & ex dicto Bald. in authen. si quas ruinas. ver. iuxta hoc quæro vtrum. C. de sacrosanctis ecclesijs. Paulus in lege. si quando. in principio. ff. de legatis primo. & an possit fieri in posthumum vide. l. antepenult. ff. de legatis primo. quod sic. & an in filium extantem apud hostes. vi. l. illa. §. primo. ff. de hæredit. instituendis. & textum cum gloſ. in lege. hæredis. ff. quando dies legatus cedit.

¶ Sed pone, quod rex concesit priuilegium faciendi maioriam in vnum ex filijs: cùm pater plures filios habeat, an poterit facere maioriam in nepotem ex vno ex filijs? est aduertendum ad decisionem huius quæstionis, quod appellatione filij non comprehenditur nepos, quando agitur de præiudicio alterius, ita quod est merum priuilegium: secus si esset beneficium, secundum Bartolum in lege. libertorum. columna tertia. ff. de verborum significatio. textus & ibi Baldus in. l. sed & milites. in principio. ff. de excusatio. tuto. Bal. in. §. quia vidimus. de his qui feud. dare poſſ. vnde videtur, quod non possit fieri maioria in nepotem exantibus aliis filijs. ipsis tamen deficientibus, si euenerit casus, quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum: ille comprehenderetur sub licentia, quatenus tangeret in præiudicium legitimæ, necessarius esset consensus talis nepotis, iuridicè præstitus iuxta id quod habetur in lege. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testam. en. & licet tali casu fine licentia principis, fieri poterat maioria: adhuc tamen multum esset regis licentia proficua, vt vincula, & submissiones. & restitutiones extendantur vltra quartam generationis, iuxta ea quæ habentur in authentica. de restitu. fideicommiſſ. & ad alia velut ad impediendum ex prohibitione alienationis, transflationem dominii: si tamen nepos esset bastardus seu naturalis, tunc non comprehenderetur: cum vt superius dixi, princeps videatur intellexisse de filio legitimo, & naturali: vnde in dubio non comprehenderetur, nisi aliud constaret de voluntate regis, & quod superius dixi, quod stantibus aliis filijs, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligeret nisi pater talis nepotis iam decessisset quia cum tunc intret in locum patris, videtur quod in eo posit vigore facultatis constitui maioria. ad quod facit bene doctri. Bartoli in dicta. l. libertorum. columna quarta. quod statutum, quo deficientibus filijs feminarum non succedat, procedet stante nepote masculo, patre mortuo: & procederet hoc & si in licentia regia contineatur, quod posit facere maioriam in filium ex se natum: nam mortuo patre, nepotis comprehenderetur nepos, ex notatis per Bartolum in dicta lege. libertorum. ad finem. quinta colum. & intelligeiuxta prædicta, quando nepos existentibus aliis filijs, intraret locum patris, vel si esset solus, fieret de eius assensu quatenus tangit sibi præiudicium in legitima, per ea quæ dixi. & Barto. tradit in dicta lege. liberorum. columna tertia. & gloſ. in lege. filij. ff. eodem. de verborum significatio. Imò & forte posset dici quod dato quod vitueret pater talis nepotis si maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquitur nepoti filio eius. pro quo videtur bonus casus qui loquitur in forte ribus termi ris in lege secunda. cum principio. & §. primo. legis sequentis. ff. de asſign. liber. & facit lex. decim octauam. ff. de collatio. bono. & ibi Bartolus, &. ll. quæ disponunt quod aliquid relinqui patri, sufficit si relinquatur eius filijs in potestate. l. tertia. ff. de legat. præſ. & tuenda est dispositio patris, vt saluetur meliori modo quo posit l. penultima. ff. de testamen. milita. & confert ad hoc. l. 2. in ordina. Tauri. & facit bonus textus in. l. secunda. §. si ma ter. verſicu. & quid in epetil u. ff. ad Tertullianum. qui text. etiam in materia pœnali loquitur: crederem tamen idem esse verius quod stan-

In noua rec. eſt. tit. 6. lib. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

te filio non posset facere in nepotem vide Alexand. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Trebellianum. & quod non acquiratur patri videtur casus in l. sed si morris. §. hoc autem. ff. de lega. præf. & ibi Barto. nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri vt est text. ibi in. §. sequen. & Barto. in dicto. §. hoc autem. & vide Socin. consilio ducente sumo quadragesimo primo. columna decima. volumine secundo. & ad de ad prædicta Barto. quod non possit fieri in nepotem filio stante in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posthu. & Ioan. de Pla. in. l. 1. C. de priui. eo. qui in sacro pala. milit. lib. 12.

1. quæst. ¶ Quid tamen si vigore regiæ licentiæ datæ in forma folita, pater inter viuos, seu per viam vltimæ voluntatis, constituit maioriam in vnum filium, post cuius mortem vocauit nepotem eius filium, & filius in vita patris decessit, nondum habita maioria, an tenebit cõstitutio in persona nepotis? Christopho. de Mies. vir præclari ingenij & satis mihi venerandus, qui obijt sub religione Seraphici Francisci, qui compo suit tractatum intitulatum, triophus Christi, contra infideles. in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia maioriæ, quas in discursu sui studij collegit succincte & non pleno calamo: sed indigeste sperans dante Deo plenius tradere, in quæstione ista inclinauit, quod non teneret maioria in personam nepotis, nihil allegans: nisi tantum, quod videtur noua maioria in personam nepotis, ad quem facultas te non extendebat quando nepos esset solus: & non starent alij filij iuxta ea quæ supra dixi. solum allegabat nota. per glossam in dicta lege. filij. & per Bartolum in dicta lege. liberorum. columna tertia. Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo auus cõstituit maioriam cum facultate in filium, cuisubstituit ex vigore eiusdem nepotem, licet filius decedat viuo patre, & auo nepotis, nepos venit ex maioria facta per dictam facultatem, & in persona eius non est noua maioria: sed antiqua. argumento. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legatis secundo. & quia sue dicamus substitutionem huius nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est quod obstet quin nepos succedat ex substitutione, licet pater eius in vita aui constituentis decesserit: licet enim in stitutus decederet viuo testatore, substitutus nepos succedit ex vulgari, vt in lege. si pater filium. ff. de vulgari & pupiliari. l. Thais. §. splendophorus. ff. de fideicommissa. liber. gloss. & Bartolus in lege. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & posthumis. quod etiam procedit etiã si instituturus vocetur ex vulgari contẽta in compendiosa: nam & si in stitutus decederet viuo testatore, substitutus admittitur ex vulgari: licet compendiosa contenta, secũdum Cynum in. l. precibus. C. de inpuber. & aliis substitu. & Bartolũ in lege. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. Baldũ quinto volumine. consilio centesimo septuagesimo. incipit, quidam Nicolaus. confirmatur etiam ex decisione. l. Lucius. quæst ante penulti. in. §. filiam. ff. de legatis secundo. vbi habetur, quod relictum in defectum institutorum & substituorum, censetur repetitum ab hæredibus, etiam venientibus ab intestato: & si non apponatur alia clausula codicillaris. facit etiam lex, hæc conditio. in princip. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

17. quæst. ¶ Sed quid si res concessit facultatẽ faciendi maioriam in vnum ex filijs, quem vellet eligere & fecit in vnum ex pluribus qui viuo patre decessit sine filijs & maioria reuersa est ad parentem. an poterit eiusdem facultatis vigore eligere alium filium & in eum facere maioriam? casus videtur quod non in lege. cuius bonis. ff. de cura. furio. & quia facultas expirauit in prima electione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. quod de plano videtur procedere si primus filius acceptauit & habuit maioriam & sic actus vigore facultatis fuit perfectus: si enim non venit in filium maioria & ante eius acquisitionem mortuus esset videtur quod possit eligere alium filium. argumento cap. si compromissarius. & capitu. si electio. de electi. libro sexto. & tradit Oldrald. consilio quinquagesimo septimo. incipit, papa reseruauit. & conferunt quæ tradit Felinus in capitul. innouamus. de treuga & pace in limitationibus ad dictum. §. hoc sermone. Item si conditor maioriæ reuocasset illam in casu quo potest iuxta. ll. Taurinas videtur quod non possit sine noua facultate iterum illam facere per dictum. §. hoc sermone. & l. multum notabile in lege. matrimonij. ff. qui & à quibus manu. libe. non fiant. l. cum vir. ff. de conditionibus & demonstra.

Vtl. l. 44 Tau. & in noua recopila. est. l. 4. titu. 7. libro. 5.

18. quæst. ¶ Quid autem si rex concesit licentiam faciendi maioriam, in talem filium, puta petrum an possit pater, eo mortuo facere maioriam, incipiendo a persona nepotis filij illius defuncti? & videtur tali casu dicendum, quod non per text. nota. in. l. si ita quis. in princip. ff. de testa. tute. in versicu. si quis filio. in gloss. paruula ibidem: cum dicit non expresso proprio nomine, vbi etiam Bartol. colligit, quod appellatio filij expresso nomine proprio, non comprehendit alium, quam filium sic specialiter nominatum, facit. l. Gallus. §. instituens. & per totam illam. l. ff. de liberis & posthumis. vbi in stitutio facta de filio. non extenditur ad nepotes. & facit quod not. Bartol. in dicta lege. liberorum. columna secunda. versiculo aut tractamus. vbi allegat dictum. §. instituens. adde text. cum gloss. in. l. Neratius. ff. de regulis iuris.

¶ Et idem esset eadem ratione dicendum, vt concessa facultate in talem filium, quod illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

19. quæst. ¶ Sed pone, quod dedit rex facultatem faciendi maioriam in filium Titium, qui mortuus est, & postea natus fuit sibi alius filius, quem vocauit pater similiter Titium, an poterit in illum constituere maioriam? videbatur quod sic, per textum nota. in lege. filiæ. §. à Titia. ff. de conditionibus & demonstrationib. qui videtur esse casus quæstionis. Cẽterum tamen credo: quia destructare destruitur etiam priuilegium: & si reædificetur, non habebit illud priuilegiũ, nisi eiusdem priuilegiantis auctoritate fiat, per notata per doct. signanter per Ioannem de Imol. in lege. inter stipulantem. §. Iacram. ff. de verborum obligationibus. ad finem. sic etiam videmus, castra vetera inhabitata reficiũ posse, nisi auctoritate principis secũdum Innocentium in capitu. Pisanis. de restitutione spoliatorum. Baldũ in lege prima. versiculo. in initio. ff. de offic. præfect. vrb. facit etiam. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legatis tertio. neque obstat dicta lex filiæ. §. à Titia, quia ibi sumus in casu, qui tantum pendebat à voluntate testatoris, de cuius mente ideo præsumitur, non reuocasse legatum ancillæ Agatheæ. de qua ibi: quia aliam quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocabit eodem nomine Agatheam. in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis maioriam. sed à potestate, & licentia regis, & huius sententiæ fuit dictus Christopho. de Mie. vir doctissimus in dictis suis quæstionibus.

20. quæst. ¶ Quid autem si rex concedit licentiam faciendi maioriam, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc pæte testatem concedens, an per hoc solennitates iuris ciuilis, & in capacitates hæredum videntur sublatæ, vt sic ta li casu possit relinquere maioriam alicui incapaci? videtur, quod sic, vt in lege prima. iuncta. l. neque. in. §. deportati. & quæ ibi Bartolus. ff. de testamen. milita. cogita tamen & vide quæ superius dixi. & per ta lem clausulam non tolluntur ea quæ sunt iuris naturalis, sed quæ sunt iuris ciuilis.

21. quæst. ¶ Quid autem si quis fecit maioriam cum licentia principis, quæ expirauit post factam maioriam, postea verò constituens cancellauit, seu incidit in strumentum maioriæ: post modum pœnitentia ductus, vult illam valere, an possit? & videtur quod non: quia licentia expirauit per constitutionem validam, quæ facta fuit: vnde cũ pœnitet & vult, quod valeat reperitur sine licentia. facit tex. in lege penul. §. fina. ff. de bonorum possessio. contra tabu. ibi neque putauerit quis quam nuda voluntate constituit testamentum.

¶ Præterea eadem solennitas requiritur in actu reparando, quæ in faciendo. l. si vt proponis. la legunda. C. de nupt. & quod ibi notat Baldus, & multain materia cumulat. lason in repetitio. l. quominus. ff. de flumi. in fina. quæstione de Molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur quod notat Abbas per textum ibi in capitulo. per tuas. de donatio. in quarto nota. vbi not. quod qui reintegrat, non dicitur de nouo facere: vnde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione, & dicta lex si vt proponis. non videtur obstare: quia ibi erat ins patri quæsitum ex diuortio ad dotem, quam dedit filiæ: in casu vero proposito nullum ius erat quæsitum regi, ita vt ab eo noua licencia requireretur. Præterea de mente principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum actum constituendi maioriam, licet validum: sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit: scilebat enim princeps istum actum de sui natura reuocabilem vsque ad mortem. l. quadragesima quarta. in ordinamen. Taurī. vnde iuxta naturam actus videtur dedisse licentiam. argumento. l. fina. & quæ ibi notantur. C. de non numera. pecun. & etiam de constitutione maioriæ, quæ effectum haberet sensit non de revocabili, iuxta ea quæ late tradit Felinus in capitulo secundo. de treug. & pac. ad intellectum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. & conferunt multum in ista materia notabilia verba Bald. per textum ibi in capitu. cum accessissent. de constitu. columna quinta. numero decimo septimo. vbi ponit hęc verba. Item not. quod vbi resurgit dignitas resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionem iuris communis: neque est opus, quod papa de nouo confirmet statutum, super hoc edictum ex quo non intelligitur noua creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam. facit. l. deferte. §. fina. ff. de iure fisci. l. fina. ff. de mino. ibique respondet Bald. ad dictam legem. si vt proponis, & paulò inferius eodem numero dicit: oportet, quod in noua creatione interueniat autoritas summi pontificis: sed in reparatione non requiritur noua auctoritas Papæ, subditque notabilia verba. porrò non dicitur omnino extincta, quando supereſt aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus, vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ, non

In nouare copi. est. l. 4. tit. 7. libro. 5.

cancellatis. allegat. l. peculium. §. si opem. ff. de pecul. quod satis confert ad quæstionem istam: nam hic licentia regis non fuit incisa: sed mansit originalis & in registro, quam cum construens non incidisset seu incidi fecisset, non fuit actus maioriæ totaliter destructus: nam manserunt reliquiæ licentiæ (vide quæ dixi in lege vigesima quarta titulo primo eadem partita. & l. fina. ff. de his quæ in testamento.) imo & in fortioribus terminis ego induco dictum capitulum cum accessissent: nam certum est quod noua dignitas non potest creari in ecclesia, sine licentia papæ. vt in capitulo primo vigesima secunda distinctione. & tamen ea ratione: quia ab antiquo illa dignitas primiceriatus, de qua ibi fuit in illa ecclesia ücet postea authoritate papæ illa dignitas fuisset extincta: tamen potuit solum capitulum illam reparare ex primeua licentia, licet extinctio authoritate papæ facta fuisset, quod est singulare ad istam quæstionem vt & si Rex consensisset reuocationi maioriæ factæ, per constituentem tantum si constituens valet pœnitere & reparare maioriam, poterit ex primeua licentia.

22. quæst. ¶ Et quid si licentia Regis detur Titio comiti, & sic sub nomine principio & dignitatis: an si Titius comes illa non vtatur, poterit vti eius successor? decide ex his quæ dicit Baldus in capitulo primo. §. Marchio. versiculo. Pone concessum est priuilegium. de his qui feudũ dare possunt. Et fac it quod notat Bald. in lege prima. §. si defunctus. ff. de rebus eorum.

23. quæst. ¶ Sed quæro de pulchra quæstione, sæpe, vt ex more videmus, Rex solet concedere facultates ad vendendum, & alienandum aliquas res maioriæ, seu obligandi eas pro dote & arrhis: quod de iure videtur principem facere posse: cum ex eius priuilegio vires sumpsit maioria, iuxta nota. per Baldum in lege. qui se patris. C. vnde libe. columna antepenul. & traditur in plerisque locis, & facit ad hoc quod notat Baldus in capitulo primo. §. hoc quoque. columna secunda. versiculo. accidit quæritio. de succesio. feud. & quia si lex mortua introduxit res prohibitas alienari pro restitutione dotis, vel alias, vt in authenti. res quæ. C. communia de legatis. idem dicendum in lege viua, quæ est princeps. An sit dare aliquem modum, vt Regi tollatur potestas dandi talem facultatem, ex qua potest venire subuersio maioriæ? & videtur dicendum quod sic scilicet, quod licentia ad maioriam detur propter pecuniam, vel in remunerationem, seu solutionem alicuius seruitij, vel quia princeps sibi aliquid debebat, & principem liberauit hoc acto, vt prima princeps sibi aliquid debebat, & principem liberauit hoc acto, vt de iure sibi talis licentia: quia cum tali casu habeatur licentia mediante contractu cum principe: erit irreuocabilis, & non poterit princeps in eius subuersione dare prædicta facultatẽ vẽdendi seu extrahẽdi aliquã rem à maioria, q probatur ex nota. per glo. in lege. quod semel. ff. de decre. ab ordin. facien. & in. l. secunda. ff. de iur. immunita. & Bartolum vt robique. & idẽ Bartolum in lege. omnes populi. ff. de iustitia & iure. nu. 29. Bald. in dicta lege. quis se patris. Paul. de Castr. in lege. digna vox. C. de legib.

24. quæst. Illa est. l. 3. li. 5. nouæ rec. ¶ Notabis tamen singulariter ad id quod dixi principem posse dare talem licentiam vendendi, vel alienandi, quod possessor maioriæ, cui data fuit talis facultas vendidit: sed adhuc pretium non recepit vel fuit recepit, non consumpsit, quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad successorem in maioria, vt in bonis maioriæ conuertatur, & tum ad successorem in maioria, vt in bonis maioriæ conuertatur, & tum ad alios filios vel hæredes per text. nota. in lege. si operarum iudicio. ff. de ope. liberto. iuncta glossi. ibi. sed quare in certa. Quæro præterea licet ex lege thaurina. 42. licentia debeat præcedere ad maioriam tollũ in lege. Gallus. §. & quid si tantum. colum. fina. versi. quandoque ipse filius petit se legitimari & tunc si pater hoc disposuisset in testamento, &c. ff. de liberis & posthumis. & vide infra eadem gloss. versic. sed an si quis.

25. quæst. ¶ Sed pone quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in maioriam qui etiam dicit vel lego illi tales res & tales de quibus facio maioriam, si Rex confirmauerit cui supplico vt confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem, item & moritur filius in quem fecit maioriam antequam princeps super hoc aliquid declararet, an transmittet ad suos descendentes primam partem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum, quæ non egebat principis confirmatione? & videtur quod neque illam transmittat, neque eius filius poterit petere confirmationem à principe alterius partis legati, scilicet rerum quas reliquit, si princeps confirmaret. & hoc per text. in lege. cum ita. in princi. ff. quando dies lega. cedit. & ibi Bartolum. & eodem titulo. l. cum illud. neque obstat ad hoc. l. si vsusfructus. eodem titu. quia loquitur quando vnum legatum deficit ex morte ipsius, cui legatur. vnde purificatur aliud seu prima pars alternatiuæ, ex quo sequitur quod si legatum fieret isto modo, relinquo filio meo talem rem in maioria, vel talem & talem si filius meus se obligauerit soluere fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud vel si voluerit hoc soluere: tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis, valebit prima pars legati seu alternatiuæ: quia purificatur primum relictum, vt habetur in dict. l. si vsusfructus. in princip.

¶ Item si defunctus non ita alternatiuè legaret: sed per viam legati de pluribus rebus faceret maioriam in filium maiorem supplicando Regi, vt eam confirmaret. & quod si princeps non confirmaret, quod faciebat maioriam de vna ex illis in tertia bonorum: tunc enim & si moriatur filius ante quam princeps declaret, trãsmittet ad filium rem, quæ relicta est in tertia bonorum. l. si quis ita scripsit. ff. de hæredibus instituen. neque obstabit. l. huiusmodi. ff. quando dies legati cedit, quia in isto casu in omnem euentum res legata erat peruenturaiure maioriæ: quod non est in casu. l. huiusmodi. & quia quando relinquitur iure maioriæ non solũ relinquitur primo: verũ omnibus descendentibus, & sic non est quid tractetur de iure tranſmittendi, seu de die legati cedentis. Imo cum in omnem euentum illa res debeat esse ma ioriæ, posset filius accipere eius possessionem statim, pro quo facit gloss. in dicta lege huiusmodi. & l. Iulianus. ff. de conditio. indeb. l. cum quidam. ff. de acquirenda hæredita. l. antiqui. ff. fi pars hære. pet. l. si pater. ff. de solu. l. si duobus. §. fin. & lege. qui filiabus. §. primo. ff. de legatis. 1.

¶ Nota etiam in materia ista quod facultas principis data ad faciendum maioriam per viam testamenti, vel durationis inter viuos, vel vti vellet, intelligi debet dummodo ille cui datur sit capax factionis testamenti. l. verbis. ff. de verborum significatio. &. §. in extraneis. in sti. de hæredi. qualita. & diffe. facit. l. si quando. C. de inofficio. testamen.

¶ Item nota, quod si quis fecit maioriam, & misit ad Regem, vt confirmaret, & tempore confirmationis, qui maioriã fecit sit furiosus, quod non tenebit confirmatio. l. si quis alicui. ff. de acquir. hære. & vide. l. fi. & ibi glo. & Bart. ff. de bono. posses.

¶ Item & aduerte, quia & in istis facultatibus conceditur, quod possit addere, & augere in maioria, quicquid voluerit, & multotiens poterit dubitari, in his quæ addit, an videtur repetere titulo maioriæ & vt bona quæ addit sint maioriæ. ad quod vide text. notabilem. in. l. Sæuola. ff. de verborum significa. & l. libertis. ff. de conditio. & demonstratio. & iunge dicta Bar. in. l. si tibi pure. in fine. ff. de leg. 3.

26. quæst. ¶ Sed quid si mercator huius regni exerceat mercantias extra regnum, vbi nõ est necessaria ista facultas ad maioriam: quia legitima filiorum non est ita ampla, prout est in istis regnis, an poterit de talibus bonis consistentibus extra regnum disponere vt emantur ex eis bona quæ sint maioriæ vel vinculando illa prout possunt ciues regni vbi sunt mercantiæ? videtur dicendum quod non: & quod talia bona mobilia debent sequi personam ex eo quod Balcus vult in lege mercatores. C. de commer. & mercato. dicens quod mobilia concernunt personã: immobilia autem territorium, vbi sita sunt, & in istis mercantijs seu mobilibus, quæ non sunt perpetuò destinata ad locum, vbi sunt. Idem vult & pulchrè Salycetus in lege prima. C. de summa trinita. & fide catholi. l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hæredi. in sti. tent. l. vx e rem. §. legauerat. ff. de lega. tertio. & tradit latius Ioan. lecirier in suo tracta. iuris primogeniturarum. libro secundo. quæstio. 8. vbi allegat dictum Bald. quod facit in oppositum. & ipse allegat de pace iura. fir. & debet dicere de pace tenenda. colum. secunda. numero. 9. vbi dicit, quod bona mobilia censentur de territorio vbi reperiuntur. & quod populo seu fisco illius loci confiscantur: sed tandem resider in conclusione Salycę. vbi supra. an sint ibi perpetuo destinata vel ne. Quid autem esset dicendum si bona essent immobilia? vide per dictum Ioannem in. d. tracta. & libro. quæst. 7. vbi late.

27. quæst. ¶ Et quid si habens facultatem ad faciendum maioriam cum eam fecit dicit quod facit disponendo de tertia & quinta bonorum: bona tamen quæ ponit in maioria excedunt tertiam & quintam, an sustinebitur maioria, virtute facultatis? vide quod dicit Bartolus in lege. ambitiosa. in fi. ff. de decre. ab ordi. fa. i. & in. q. per eum disputata, quam ibi refert. & vide text. & ibi Abb. in c. nisi essent. de præben.

28. quæst. ¶ Nota etiam quod si habens facultatem fecit maioriam, si postea impetret facultatem vt possit eam reuocare, non videtur ex sola impetratione ista illam reuocare. l. forma. §. fin. ff. de censib. & tex. cum gloss. in cap. ex tenore. de rescript.

29. quæst. Quę est l. 44. tau. & 4. tit. 7. libr. est. l. 4. ti. 7. libr. 5. ¶ Item quid si ex facultate regia, vel ex dispositione legis thauri, reuocet quis maioriam factam, in filium maiorem cum certo onere de præstando aliis filijs certam quantitatem, & in stituat maioriam in secundum filium non repetens dictum grauamen, an censeatur repetitum? in no. ict. videtur quod sic per text. & quod ibi notat Barto. in. l. Caio. in princi. ff. de ali. & cibaria lega.

Universidad de Deusto
Biblioteca

30. quæst. ¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maiorìam, sub conditione, si uxor eius vel talis eorum filius consenserit: contingit quod is cui data fuit talis facultas, fecit maioriam de rebus designatis, dicens quod facit sub conditione prædicta, si uxor vel filius consenserit: & de illa consensit, uxor vel filius: eo tamen tempore, quo iam ille qui fecit maioriam erat deportatus, vel apud hostes, vel in articulo mortis constitutus, an valebit constitutio ista maioris? & facit quòd nò valeat notabile dictum Bar. in. l. postquam. in principio. ff. vt lega. seu fideicommiss. no. cauea, quod forte bene procederet in eo, qui de iure iam erat incapax ad faciendum actum, veluti in eo, cuius bona iam erant publicata, quo casu loquitur Barto. vel in capto apud hostes: non tamen forte procederet in eo, qui de facto non poterat, vt in eo qui perdidit libertatem, quæ tamen cum ille præsumatur in eadem voluntate durare. l. eum qui. ff. de proba. glo. in capitu. de neptis. 31. quæstio. 2. & accedat consensus tempore habili, de iure ad actum: videtur quod actus talis casu tenere: non tamen teneret si consensus accederet post mortem eius, qui fecit: vt probat text. per locum ab speciali in. l. si pater. ff. de manu. vindi.

31. quæst. ¶Sed pone quod data est facultas ad maioriam faciendam sub conditione, si dotauerit competenter filias, pater vero dotauit filias tradens eis certa bona in dotem, & fecit de aliis bonis maioriam, & postmodum illa bona fuerunt filiabus euicta, an filiæ poterunt agere de euictione, vel escindere maioriam, tanquam non seruata conditione? vi. text. cum glo. qui videtur probare quod sic. in. l. si verò. §. si patronus. ff. de bonis liberto.

32. quæst. ¶Item quid si princeps concesit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filijs, quem elegerit, an posit eam facere in casu quo non habet nisi vnum tantum filium? & videbatur quod non. per. l. i. in princ. iuncta. l. vtrum. ff. de assign. liber. glo. in fi. de assig. liber. in contrariũ facit: quia principis intentio in hoc non repugnat: imo magis fauet quando vnus tantum esset filius, ex quo præiudicium aliis non irrogatur, & quia dict. l. procedunt in meliuratione inter plures, quæ non cadit in vnum: maioria vero bene cadit in vno.

PErsonas ciertas son aquiẽ defiẽden las leyes deste nro libro q̃ les non puedan dexar los omes mandas, nin otras cosas ẽ testamẽtos, assi como diximos dẽ suso eñl titulo delos herederos. E porq̃ acaesce a las vegadas q̃ los fazedores de los testamẽtos ruegã ascõdidamẽte a los herederos, q̃ dẽ alguna cosa a tales personas: porẽde mãdamos, q̃ los herederos nõ seã tenudos dl los obedecer enesto. E si cõtra esto fizierẽ, pierdã porende la su parte q̃ es llamada facidia, de manera q̃ la non puedan sacar de las mandas, e si la han sacada que la den a la camara del Rey. Fueras ẽde, si el heredero fuesse fijo o nieto, o seruoᵍ del fazedor del testamẽ

sessi in ea. & facit ista lex quòd sicut in bonis maioriæ non habet locũ alienatio legalis, ex falcidia vel Trebellianica quod neque habebit locum alienatio per viam præscriptionis, & quòd sic præscriptio non habeat locum in bonis maioriæ, in qua quæstione vide quæ latissimè di xi in. l. 10. titu. 25 partita. 4. ¶ Facit etiam, q̃ bona maioriæ prohibita alienari non publicentur propter delictum possidentis maioriam. de quo est text. nota. & ibi Bartol. in. l. imperator. ff. de fideicommissa. liber. citra quam legem, vide Alexan. consil. 23. volu. 1. in duobus locis. Adde. l. eum qui. ff. de interdi. & rele. & notata per Cynum in. l. secunda. C. de liber. & eorum libe. & Salice. in. l. si quis presbyter C. de episc. & cleri. & adde etiam. l. res vxoris, C. de dona. inter virum & vxorem. & vide etiã. l. statius florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. quod procedit etiam in crimine læsæ maiestatis text. & ibi Angel. in. l. eorum. ff. ad leg. iul. maiestatis. vbi est casus, quòd ea, quæ non transeunt in extraneum hæredem, non transeunt in fiscum publicatis bonis, propter crimen. l. iuliæ maiestatis, quod etiam tenet Bald. in. §. fina. quæ sit prima causa bene fisi. amitten. & in. §. insuper. de prohibi. feud aliena. per Fredericũ. vbi tenet quòd propter delictum commissum in personam domini, licet perdatur feudum illa tamen quæ habentur iure genituræ, & debent ad alios iure primogenituræ transire, non perduntur propter delictum commissum contra dominum. quod etiam tenet expressius Bald. in dicto. §. final. & confert ad prædicta quod habetur in Psalm. 88. Incipit, Misericordia domini. iuncto Psal. 131. incipit, Memẽto domine David. nam Deus promiserat regnum perpetuum semini David & licet Deus propter peccatum soleat reuocare promissa, tamen, quia istud pactum factum est Dauid non reuocauit licet aliqui ab eo descendentes Reges, commiserunt crimen læsæ maiestatis idolatrãdo vt traditur per glossam ordinariam Matthæi capitu. 1. & ibi Nicola. de Lyra. & adde quod habetur ad Roman. capitu. 5. ibi. Quid enim si quidam illorum non crediderunt, &c. & ibi Nicola. de Lyra. poterit ergo ille ad quem pertinet maioria impedire fiscum, ne bona maioriæ incorporet. l. fin. & ibi Bal. C. de bon. va[illegible]. in. 11. nota. lib. decimo. l. si pater. C. qui bõ. cede. poss. bene tamen publicabitur vsus fructus in vita delinquentis. in dicto. §. Cornelio Felici, quę omnia procedent: nisi per tenorem inuestituræ, seu maioriæ prouisum esset, quod statim in casu confiscationis bona maioriæ transeant in illam personam, quę post mortem delinquentis vocatur ad maioriam, vel alias in hoc disponatur: nam tunc seruabitur dispositio maioriæ quando facta fuit facultate regia vel per testamentum: si vero sine facultate regia tunc recurrendum esset ad notata per gloss. & Bartol. in lege. qui absenti. ff. de acquirenda possessione. vide in hoc quæ tradit Alexand. dicto consil. vigesimo tertio. & in casu quo ex tenore maioriæ locus est confiscationi, an tunc bona erunt apud regem, vt bona maioriæ, vel vt bona liberæ: dic quòd vt bona libera, nam variata persona variatur conditio rei text. cum gloss. in lege prima. §. si is. ff. de colla. bono. Bald. in lege secunda. colũna secunda. C. de iure fisci. l. fina. C. de vsur. fisca. Bar. in. l. fiscus. la primera. C. de iure fisc. lib. decimo. l. cum in fundo. §. quod si acciderit. ff. de iure dot. Bal. in. l. secunda. in princip. ff. solut. matri. & ex hoc infertur quòd si facta confiscatione rex donet eam filio delinquentis, vel proximiori vocato, quòd erit apud illum donatarium, vt noua maioria non vt antiqua: posito, quod rex donauerit vt esset maioria: vel erat ex sui natura, vt comitatus vel ducatus: & pro hoc videtur text. in lege. si libertus meus in seruitutem. ff. de bon. liber. & tenet Bald. in. §. insuper. de prohi. feu. alie. per Fredericum, quæst. fina. & videper Ludouicum de Goza. consil. 40. numero. 16. & vide quid in hoc dicit Ioan. de Pla. per textũ ibi, in lege. in fine. C. de impo. lucra. def. libro decimo.

1. quæsti. ¶ Sed quid si pater in constitutione maioriæ appossuit pactum, quod si filius committeret delictum ex quo bona confiscarentur bona reuerterentur ad patrem, si tamen princeps indulserit filio quod reuertantur ad filium contigit, quòd omnia ita acciderunt, & princeps indulsit filio: pater vero vult de nouo apponere grauamen vel conditionem in maioria an possit? Et videtur, quod non ex docto. Bartol. in. l. post dotem. columna sexta. ibi, & ideo dico quando pater dat dotem

2. quæsti. primo viro. ff. soluto matrimonio. ¶ Quid tamen in casu quo non est locus confiscationi maioriæ si princeps remittat postea delictum, & restituit delinquentem forte iam condemnatum, an recuperabit bona maioriæ, vel adhuc transibunt in sequentem vocatum? & videtur dicendum, quod si ille delinquens fuit condemnatus, & ita secundum vinculum maioratus bona fecerunt transitum in alium, seu ius maiori: tunc restitutio principis nihil operabitur, in præiudicium illius, qui sic erat vocatus propter delictum alterius. vt tradit Baldus in capi. primo. hic finitur lex, deinde consuetu. reg. incip. colum. fina. & quæstione fi. ti vero adhuc non erat condemnatus: bona tamen ipso iure erant confiscata, & cum tunc fecerunt transitum in sic vocatum, & sic indulgentia vel restitutio, nihil debet operari: si vero neque condemnatio fuit secuta, neque bona ipso iure fuerunt confiscata: & tunc non videtur perdidisse maioratum, & erit proficua indulgentia. Ista distinctio colligitur ex verbis Baldi in dict. capit. 1. §. insuper. de prohibi. feud aliena. per Fredericum. quæstione fina. & vide quæ not. Bald. in capit. vnico. quid iuris sit si post aliena. vasl. feud. recupe. in principio. In casu vero quo per maioriæ instrumentum nihil disponitur, ad quem ex delicto transeat maioria, publicabitur vsus fructus, vt dixi, & si princeps crimen indulgeat, & restituat operabitur restitutio, vt reha beat suum maioratum: vti patus cum fructibus: secundum Baldum in dicto capitu. primo. hic finitur lex. columna fina. videtur enim restitutio facta, vt sint bona maioriæ non vt liberaper tex. in. l. etiam. §. si deportatus. ff. de bo. liber. & l. 2. & 3. ff. de sen. passis. Quod intellige si princeps ante restitutionem non fecerat donationem alteri, talis vsus fructus: nam tunc recuperaret per restitutionem, secundum Baldum ibidem. penultima columna. a. de quo tamen vltimo vide quæ latè traduntur & notantur per Alexandrum & moder. in lege. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthu. Parto. in. l. quæcunque. C. de fide instrum. & iur. hastæ fisca. libr. decimo. Cardina. & Ioan. de Imo. in capi. quia diligentia. de electio. Felin. in cap. fi. col. 4. de constitu. & in capit. inter quatuor. de maiori. & obedien. Abb. in capitul. 1. de parrochijs. & singulariter per Socinum consi. 166. colum. 19. 20. & 21. cum sequenti. Hodie communiter in facultatibus regalibus ad maioriam excipiuntur crimina hæresis, & læsæ maiestatis, & criminis nefandi, vt in illis perdantur bona maioriæ: quod seruandum videtur in his bonis, quæ vinculantur ex vigore facultatis, & aliter non possent vinculari eorumque alienationes prohiberi: cum enim has vires receperunt ex priuilegio principis: nimirum, si princeps tale priuilegium in hoc possit modificare & declarare. seu sub certis limitationibus concedere. Si verò conditor maioriæ etiam sine facultate principis, poterat bona sua grauare fideicommisso, & restitutioni subijcere: vt quia nullos descendentes, vel ascendentes habebat, & libere poterat bona sua vinculare, vel si habebat in tertia & quinta poterat libere disponere iuxta. ll. regni, talia bona non perdentur, etiam propter crimen læsæ maiestatis: vt dixi, & licet interueniat facultas principis insimul cum potestate, quæ disponenti competit, de iure communi non perdentur talia bona, in quibus competebat de iure communi etiam citra rescriptum principis talis facultas: in dubio nanque ex quo condens maioriam non se restringit in sua dispositione ad talem regiam facultatem, visus fuit disponere omni meliori modo, quo dispositio sua conseruari posset. Baldus in lege. id quod pauperibus. columna fina. versicul. vltimo quæritur circa hoc. C. de episcopis & clericis. & lege. planè. ff. quod falso. tuto. aucto. & ibi Baldus. Et actus qui potuit geri ex duplici potestate, sustentabitur ex ea, qua melius valere potest: vt est casus multum singularis in capitu. nisi essent. de præbendis. & ibi Abbas in secundo notabi. & per illum textum eleganter etiam dicit Baldus in. §. primo. columna penultima. de lege corra. quod si partes compromiserunt in iudicem delegatum, non per hoc videntur renuntiare rescripto: imo ex vtraque authoritate intelligitur iudex procedere, & potest pro parte valere sententia ex vna authoritate, & pro alia parte: ex altera per dictum capi. nisi essent. quod dicit non esse alibi. Semper enim actus videtur esse gestus ex ea authoritate, quæ maius robur & maiorem efficaciam dat actui. vt in lege tertia. vbi casus notabi. ff. de testamen. milit. nam valens actum exercere ex duplici potestate: videtur actum exercuisse præ textu maioris potestatis, vt dixit Abb. per text. ibi & per. d. l. 3. in. c. 9 sicut. pe. nota. de electio. dixit etiam Bald. in. l. humanitatis. colum. septima. C. de impuber. & aliis substi. quod habens duo arbitria ad aliquem actum, videtur facere ex arbitrio pleniori. & hoc idem voluit Innocentius in capitu. cum ex officij. de præscriptio. vbi etiam fortius videtur, quod si quis habens authoritatem ordinariam, crederet etiam se habere authoritatem delegatam: quam tamen in veritate non habebat, & protestaretur velle tantum procedere authoritate delegata: nihilominus processus tenebit authoritate ordinariæ iurisdictionis, quam tantum habebat: quod est singulare, firmiora nanque reputantur illa quę aguntur de iure communi, quam illa quæ aguntur de iure speciali. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milit. & l. in testamento. la primera. cod. titu. & ideo dicit Frederi. de Sen. consil. 115. incipit facium tale est, quædam domus. q̃ si quis potest procedere, vt ordinarius, & vt delegatus præsumitur in dubio vti potestate ordinaria. Cõsulo ergo, q̃ disponentes circa maioriam exprimant se meliori potestate qua possent facere, & disponere, vt omnis dubietas tollatur, & quod protestentur velle vti iure communi, & facultate, illa via & forma, qua melius eorum dispositio conseruari possit: & confert etiam ad prædicta. l. habebat. ff. de institut. per quam ibi not. Bartol. quod licet contraham tecum respectu vnius mandati, quod te habere credebam: tamen possum agere contra te vigore

Vide. l. 11. cum omnibus alijs illius titu. in titu. 6. libro. 5. nouæ recop.

alterius mandati, quod habes licet ignorantem tempore contractus & sic sustinetur contractus, etiam ex alio mandato: de quo non fuit facta mentio, vt etiam plenius concludit Bartolus in sua disputatione incipienti adunantia generalis, & Bald. & in. l. falsus. C. de furt. & tetigit. Bart. in. l. ambitiosa. colum. vlti. ff. de decret. ab ordin. facien. Sed erit pulchrum dubium, an in casu quo perdatur maioria ex crimine læsæ maiestatis, vel alterius criminis, an tenebitur de euictione quitale crimen commiserit haberet vn de possit soluere, & videtur quod sic ex dicto Bal. in. §. rursus. quibus mod. feu. ami. versicul. sed quæritur vnum auctor. ¶ Quod autem dixi, quòd neque per crimẽ læsæ maiestatis per dantur bona maioriæ. imo adhuc venient in sequentem vocatum, an procedat in filijs delinquentis, qui ad maioriam essent vocati: vide quę dicam in lege secunda. titu. 2. partita. 7. vbi etiam tractabitur de dante de filijs ante vel post delictum cõceptis, & de intellectu. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & l. 6. titu. 17. partita. 2. Et in casu quo ex teno re inuestituræ, vel aliàs bona, vel vsus fructus maioriæ confiscarentur si possessor deseruiuit regi, si filius eius vel maioriæ successor seruiuit inclinari debet rex ad bene meritum, vt iubeat ei dari bona, neque tam debent attendi demerita patris quam merita filij. l. non tantum. §. si debent attendi demeritas patris quam merita filij. l. non tantum. §. si mancipatus. ff. de bonorum possessi. contra tabul. & facit quod notat Baldus in capi. primo. in principio. col. 3. versicu. quid si sunt duo fratres. quibus mod. feu. ami. vbi dicit, quod si ex duobus fratribus vnus

4. quæst. deceda. quid dominum, alter sua probitate defendit, quòd tunc excusaretur vnus propter alterum propter coniunctionem personarum & feudi. ¶ Quid autem si villa seu castrum maioriæ confiscaretur ex his quæ habentur in. l. 22. titu. 13. partita secunda. ibi, esso mismo dezimos. vide dictam. l. & quæ ibi dixi. Facit etiam ista. l. ad id quod notat Bal. in authentica. præterea. C. vnd. vir & vxor. colum. 2. versicu. vlterius etiã. Nota quòd prohibitus alienare, non potest per suum contractum vel quasi contractum introducere dispositionem legalem in oppositum: in. ô tenetur curare ne id fiat. l. si ita quis. 9. ea. l. in gloss. ff. de verborũ

5. quæst. obliga. & adde Bald. in. l. prima. C. de inofficio. doti. ¶ Item etiam facit ista lex ad decisionem illius dubitationis, an dispositio authenticæ. res quæ. C. communia. de lega. scilicet, quòd bona filio subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, quando liberis legitima portio non sufficeret, procedat etiam stante expressa prohibitione testatoris. quam quæstionem late tractat Iason in dicta authentica. res quæ. columna septima. & 8. vbi asserit communem esse opinionem, quòd procedat etiam stante expressa prohibitione, contra Baldum qui voluit contrarium in. §. donare. qualiter olim feud. alien. posl. & communem opinionem tenet doctor de Palat Rub. in repetitione. capit. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. colum. 55. & 56. cum sequentibus in formis minoribus. Certè ista. l. partitarum potest induci pro opinione Bald. vltra alia quæ pro ea inducit Iason in dicta authentica. res quæ. Cum vult hæc lex quod stante ista tali ex pretta prohibitione, cesset alienatio etiam ex dispositione legali: & sic licet onus dotandi filias descendat à lege, vt in. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. l. 8. titul. 11. partita quarta. Licet dispossit, quod ista. l. parum faciat: cum tatio eius sit quia testator potest prohibere falcidiam, & prohibendo alienationem, per consequens videtur prohibere diminutionem per viam falcidiæ stante testator tamen non potest prohibere obligationem quatenetur pater dotare filiam. Sed adhuc potest responderi, quod per expressam prohibitionẽ, quòd neq; ex causa dotis res subiectæ restitutioni alienentur, potest prouideri per testatorem. vt tradit Alexander consilio. 56. consideratis verbis testamenti. 1. volumine. quod etiam est repetitum consil. 43. voluni. secundo. quitamẽ ad hoc nihil allegat: de dicto tamen eius meminit Anebrosius, prout etiam refert Palat. Ruui. vbi supra. colum. 62. in repe. l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. & Iason in. d. authentica. res quæ. In cõfirmationẽ tamen illius dicti Alexand. tradit Palat. Ruui. vbi supra. q̃ sicut potest adijci pactum vel conditio, vt res non possit alienari in ecclesiam, vel pium locum. vt tradit Bald. in. c. clerici. colũ. 2. de iudi. & in. c. quæ in ecclesiarum. de constitu. col. 3. versi. sed hic quæritur Felin. in ca. quæ in ecclesiarum. eo. titu. Bald. & alij in. l. ea. l. C. de condictio. ob caus. per dicto. in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum oblig. sic etiam valere debet dispositio: ne res alienetur etiam ex causa dotis, per hoc tamen nõ arbitror recedendum à communi opinione: cum expressior sit prohibitio, quòd neque propter dotem alienentur, quàm si simpliciter alienatio prohibeatur. & quod dixi, quod teneat expressa prohibitio, vt neque ex causa dotis alienetur. Limita & intellige quando prohibens non tenebatur ad dotem: nam si teneretur talis prohibitio non obstaret. vt tradit Barto. in. l. filius familias. §. diui. ff. de lega. 1. quæst. 2. idem Pala. Ruui. vbi supra. col. 65. tex. nota. in. l. cum fidei. ff. de fideicommissa. liber. l. peto. §. prędiũ. ff. de lega. 2. & crederem hoc procedere etiam si mortuo patre nulla promissa dote ab eo vel constituta, filia de restituendo granata, talem dotem promitteret, vel constituerit, quicquid in contrariũ voluerit Angel. in authẽtico. de restitu. & ea q̃ parit colla. 4. superglo, quæ incipit, sed nonne, quia videtur in hoc esse tex. in contrarium in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. & in specie tenet Iason in. d. authentica. res quæ. col. final. versi. 11. limita. & doctor de Palati. Ruui. vbi supra colũ. 66. Decius consil. 376. viso casu proposito. aduerte tamen, quòd hodie in regno attenta mente. ll. regni, videtur dicendum, quòd filia in quam deueniret maioria, in qua essent bona alienari prohibita: etiam si non exprimeretur, quòd neque ex causa dotis alienaretur: sed generaliter esset prohibita alienatio: adhuc non posset ex causa suæ dotis alienare bona maioriæ, juxta dispositionem. d. §. cum proponeretur. & dict. authenticæ. res quæ. quia in dictis iuribus non erat dicta filia rogata restituere filijs suis, si eos haberet: sed erat rogata restituere, si sine filijs decesserit, vnde filij erant in conditione non in dispositione iuxta gloss. magis communiter approbatã in. l. Luciur. ff. de hæredib. institu. vnde in casu. d. §. cũ proponeretur. eo. casu quo mulier non dedisset bona fideicommissi in dotem & contraheret matrimonium, poterat dispossessa ad libitum de fructibus, tanquàm de rebus paraphernalibus, iuxta notata. in. l. penul. ff. ad legem Falcid. & in. l. hac lege. C. de pact. conuent. in. l. dotis. ff. de iure dotì. vnde nullus forte vellet cõtrahere matrimonium cum ea, & sic non inueniret maritum, & ideo emanauit prouisio. d. §. & d. authenticæ. Item si daretur casus, quòd in casu illo filia haberet filios, poterat ipsa bona libere alienare: & sic maritus inueniret se, & illam si cum ea contraheret sine bonis, ex quibus possent onera matrimonij sustentare: vnde considerat ur ibi, quòd maritus non aliter vellet contrahere: nisi dote data, seu promissa. & ideo necessaria fuit illa prouisio, vt fideicommissum ex causa dotis minueretur. In regno vero nostro maritus habet administrationem bonorum vxoris etiam non dotalium, & fructus ita sunt sui sicut essent fructus dotis: sunt enim omnes fructus communes inter virum & vxorem, ex quibus cunque bonis percipiuntur, secundum. ll. regni, secundum quæ etiam neque mulier sine assensu viri potest disponere de rebus suis, etiam paraphernalibus. Item in casu maioriæ filij sunt in dispositione, & ad eam vocati à primo disponente. Præterea de iure regni nihil amplius posset habere maritus: si hæc bona maioriæ sibi darentur in dotem, quàm si simpliciter contraheret matrimonium, neque videmus quod mariti curent, quod talia bona sibi ad signentur in dotem: tantum procurator, q̃ vxor fit dives, & habeat bona: & hoc habito non curatur de constitutione dotis: imo libenter volunt recipere bona sine ad signatione dotis: quia minus obligantur. vnde videtur: quod cesset dispositio dictarum. ll. à cessante ratione. Imò per hoc videtur casus in. d. §. cum proponeretur. ibi cum dicit nisi de fructibus posset sibi prouideri de dote: cum igitur tantum importet ad matrimonium maioria, quæ trahitur sine aliqua ad signatione dotis: sicut si ad signaretur in dotem, cessare debet dicta dispositio, & non poterit in regno talis filia seu alia fœmina: inquam veniret maioria alienare eius bona, etiam propter causam suæ dotis: & bene etiam ad prædicta confert quod habetur in capit. nuper. de donatio. inter virum & vxorem. ¶ Quando vero nõ tractaretur de dote filiæ, in quam venit maioria, sed de dotandis alijs liberis descendentibus à primo disponẽte, est dubium an si tales liberi nati sunt iam ipso disponente mortuo, possint dotari de bonis maioriæ: in quo videtur velle Paul. de Castr. quod sic in dicto. §. cũ proponeretur. in principio. Cum tradit quid fuerit illius. §. dispositioni additum per dispositionem authenti. res quæ. & dicit quod primo additur: quia in dicto §. tantum habetur de filia instituta & de restituendo grauata: in dicto verò authentic. idem decidit ur in nepote ex filio, vel in pronepote ex nepote & sic de cæteris descendentibus: vt ibi colligitur in verbo liberis, quod comprehendit omnes descendentes: nam onus dotandi omnium personarum prædictarum pertineret ad testatorem, si viueret vt in lege dedit dotem. ff. de collatio. bono. l. octaua. titul. 11. partit. 4. vnde secundum eum censetur voluisse quod faceret illud quod testator esset facturus, argu. l. cum seruus. ante fi. ff. de condi. & demonstra. ibi nanque ipse viuus. Secus in nepote ex filia, vel pronepote ex nepote: quia onus dotandi illas non pertinet ad primum dispontentem. sed ad parentes illorum, per ea, quæ not. gloss. in. l. à filia. ff. ad Trebel. vult ergo. Paul. de Cast. quod de mente primi disponentis sit licet iam sit mortuus, quod in omnibus descendentibus eius super filium vel nepotem posit fieri alienatio ex causa dotis, iuxta dispositionem dict. authen. res quæ. de quo ego multum dubito, & potius inclinarem in contrarium. & primo excludo casum in dubitabilem, vbi conditor maioriæ etiam ex causa dotis prohiberet alienationem: nam tunc dispositio eius seruanda est (vt dixi) & etiam in isto casu est de mente Paul. de Castr. Cum fundamentum eius sit quod si viueret ipse faceret: & sic quod censetur voluisse, quòd fiat post eius mortem. Quod fundamentum cessat stante voluntate expressa in contrarium, quando verò non fuit hoc expressum, sed simpliciter prohibuit alienationem, tunc videtur, quod in liberis natis eo mortuo, in quos nulla fuit orta obligatio dotandi, non censeatur idẽ voluisse quod faceret ac si ipse viueret

Et. l. 4. li. 5. ordi. l. 5. titu. 9. lib. 5. nouæ re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In no. re. est. l. 8. tit. 1. lib. 5.

neque præsumitur voluisse contra suam prohibitionem bona distrahi in eo in quo ipse nullo modo erat obligatus. argumen. l. cum de indebito. ff. de probationib. & vbi potest sumi alia coniectura non præsumitur donatio. vt tradit Baldus in l. ge. 1. C. ad Trebellia. & constat hic voluisse bona integra velle manere in maioria, & si talis coniectura donandi daretur, esset destruere omnes maiorias, vel penè omnes. Sitale quid permitteretur in descendentes in infinitum. &. l. cum seruus. alle. per Paul. nihil in hoc probat. Imò ibi illa præsumptio tendebat ad conseruationem maiorem bonorum ex redditione rationum, quã in eorum diminutionem, & procedit hoc magis indubiè de iure regni, ex quo per contractum matrimonij filius liberatur à patria potestate, iusta. l. Fauri: & sic nulla obligatio dotandi esset in auo paterno nepotem ex filio: & facit ad prædicta. l. 1. §. si quis proximior. ff. vnd. cognabi nam si post mortem neque obstabit alij, neque ipse admittetur: quia nec fuit proximior cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit. &. l. 1. & iendum. cum similibus. ff. de suis, & legi. hæredi. Præterea ratio fundamentalis. dict. authenticæ. res quæ. vt tradit Paulus de Castro consilio. 80. primo volumi. quia per suprascriptum eximium consulto rem, &c. est, quia patet tenetur filiam dotare. vnde sicut nõ posset huic obligationi derogare subijciendo res suas restitutioni, quo minus ob dictam causam fieret diminutio: ita neque prohibendo illarum alienationem: cum non debeat esse in potestate debitoris ab obligatione se eximere. l. sicut. C. de actio. & obliga. Si igitur ista est ratio, & talis obligatio cessat, prout cessat in primo disponente, qui nunquam fuit obligatus ad dotandum neptes, vel præneptes, quæ non erant, nec fuerunt in rerum natura, eo viuo patet quòd potuit bona sua subijcere restitutioni, & prohibere alienationem: neque talis descendens habet de quo conqueratur: cum nunquam habuit talem ascendentem obligatum. Prætereà etiam Paulus in dicto consi. videtur declarare se circa id quod dixerat in dicto. 8. cum proponeretur. & in dicta authentica. res quæ. penultima colum. sf. vt quod dixit, procedat quando tantum erat prohibitio tacitè legali. de non alienando: eo quod bona erant subiecta fideicommisso: quando verò esset expressa prohibitio, & defectus non esset in potestate disponentis, & prohibentis: tunc non procedat dispositio. d. authenticæ. res quæ. Sed adhuc in stabit quis: quia secundum hoc nihil specialitatis, vel prærogatiuæ inductum fuerit per dictam authenticam. res quæ. ex quo dicitur, quòd tantum procedat in obligato ad dotandũ, seu quãdo in persona primi dispõentis nata fuit obligatio dotandi: ad quod respondeo quod adhuc est multum fauoris & prærogatiuæ: quia ipso mortuo tantum poterat agere filia pro sua legitima, vel neptis quæ forte non sufficeret ad constituendam dotem, secundum quam partem filiæ vel neptis, & alia de quibus in. l. filiæ. ff. de legatis tertio. & tetigi in lege. 8. titulo quarto. partita. 5. in glos. super parte, tambien. Et illud introductum fuit per dictam authenticam, vt legitima non sufficienti mitti possit manus ad bona prohibita alienari: vel potest dici quòd multum inducat de nouo illa authentica. vt stante tantum tacita prohibitione legali, ex præsumpta voluntate defuncti disponentis, bona subiecta fideicommisso possint alienari pro dote, etiam per liberos, qui non erant in rerum natura viuo primo disponente: quod non est stante expressa prohibitione, vt dixi velle Paul. de Castro in dicto consi. Sed primum mihi plus placet, & quod in hoc nulla sit differentia inter expressam, & tacitam prohibitionem: & confert ad prædicta, quia maioricatus in multis participat de natura feudi: & arguitur de vno ad aliud, vt tradit Baldus in lege. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. Socin. consil. 147. volu. 3. & videmus, quòd feudum non potest dari in dotem. vt in cap. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. poss. & per illum tex. dicit ibi Bal. quod authentica. res quæ. non habet locum in re feudali, & in casu in quo permittitur aliquando feudum dari in dotem, procedit pro vita vassalli dantis in feudum tantum, & non perpetuò, secundum Innocent. & docto. in dicto cap. nuper. & postea reuertitur feudum mortuo vassallo ad eum, ad quem ex forma inuestituræ reuerti debet, secundum prædictos docto. & tradit Felinus in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. columna. 29. hinc etiam videmus quotidie à rege impetrare licentias, & facultates, vt de bonis maioriæ possint filiæ dotari, vel bona maioriæ obligari pro restitutione dotis. & impetrantur quotidie à descendentibus primi disponentis, quasi sit pro certo habitum, aliter non posse de iure fieri: ga frustra precibus impetratur quod aiure communi conceditur. l. 1. cum similibus. C. de thesaur. libro. 10. l. cum per absentiam. C. quib. non obiicitur long. tempo. præscrip.

¶ Et licet non sit disputandum de hoc de potestate principis auferentis per tales licentias ius futuri fideicommissi, iuxta ea quæ plenè tradit Alexander consilio. 2. visis codicillis legitimatione & aliis, primo volumine. & consilio. 94. vbi ad finem. dicit quòd secundum illud consilium fuit iudicatum. Consulo tamen dominis de consilio regis ad hoc deputatis, vt raro & cum magna causa istæ & similes facultates in euersionem bonorum maioriæ & fideicommissi, detur: si enim darentur sine causa iusta forte tenerentur ad interesse parti læsæ, ex eo quòd notat Baldus posse glossam ibi in. §. fina. columna quinta. versicul. item nota ex ista glossa. de pace iuramen. firman. & quæ habetur in. l. 32. tit. 18. partita 3. & vide Petrum de Anchar. in regul. possessor. columna decima septima. versiculo. quinto quæro. de regulis iuris. libro sexto. & ipse principes concedens tales licentias sine causa non iuste faceret. neque videtur posse per prædicta, vel saltem tenebitur gratuato prouidere de bono cambio, vt notanter voluit Innocen. in capit. nisi cum pridem. de renun. column. secunda. versicu. nos credimus. & neque recipientes erunt tuti in conscientia iuxta glo. in capit. nõ est. de voto. Item & sæpe patres in præiudicium filiorum vel filiarum qui bus defertur maioria impetrant facultates regias cum filij sint sub eorum potestate & protectione videntur delinquere. argument. l. deferre. §. Item eos. ff. de iure fisci. vnde non debet eis faueri. Tales licentiæ tendunt contra publicam vtilitatem, quæ consistit in conseruãdis bonis in familia nobilium. l. prima. §. denuntiare. versicul. publicè enim interest. ff. de vent. inspi. & quod tradit Ioannes Andre. in additio. ad Speculato. titu. de successio. ab intesta. vbi referens disputationem Iacob. de Are. dicit pertinere ad publicam vtilitatem, q̃ agnatis & familiæ diuitiæ conseruentur: constat enim, quòd per diuitias familiarum conseruatur honestas, quæ perit per inopiam, vt in authentico de testibus. 9. sancimus. collatio. septima. & sicut principatus diuisione destruuntur. vt in. §. præterea ducatus. de prohibi. feud. alien. per Fredericũ. ita etiam patrimonia, vt experientia docet. vt tradit Socinus consilio 47. volumi. primo. colum. secunda. & inter nobiles melior est quandoque aliorum filiorum dispersio, quam hæreditatis diuisio. vt tradit Abb. referens dictum beati Bernardi in capit. licet. de voto. Rescripta contra publicam vtilitatem, & in damnum aliorum vocatorum ad maioriam, non sunt concedenda. l. rescripta. C. de precib. impera. offeren. l. fina. C. si contraius, vel vtilitatem publicam. capit. rescripta. & capit. decenti. versi. omnes. 25. quæstione secunda.

¶ Quid autem si rex dedit licentiam extrahendi vnam rem vel prædium à maioria pro dote filiæ, eo quia pater non habebat aliunde vnde dotaret: an si pater postea perueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ipse dotare & res ita alienata reuerti debet ad maioriam? videtur dicendum, quòd non, per ea quæ not. gloss. in dicta authẽtica. res quæ. & in corpore, vnde sumitur, & probatur in dicta. l. mulier. §. cum proponeretur. & faciunt quæ not. gloss. in lege. vbi adhuc. C. de iure dotium. & Barto. in. l. si constante, in principio. ff. soluto matrimo. in quæstione illa. si vir incipiat esse dives post dotem datam vxori, propter eius paupertatem. In contrarium facit quod notat Innocent. in capit. quia plerique. de immuni. ecclesia. tradit Socinus consi. 164. volu. secundo. vbi dicit, quòd si princeps subsistente aliqua causa abstrahit rem vni, si postea cessat causa, cessat dispositio: & res ablata debet restitui: & quia auctis facultatibus, tollitur primi legium paupertatis. l. non tantum. §. eos. ff. de excusatio. tuto. l. cura. §. primo. ff. de muneri. & honor. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacat. mune. l. Titia. §. vsuras. ff. de legatis secundo. Præterea hoc videtur de mente Bart. in dicta. l. si constante. in principio. colum. fina. quem pro prima parte iam citaui cum distinguit in quæstione illa: Quòd si actus superueniens qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, & tũc ex superuenienti casu non tollitur id quod est gestum. l. verbis. ff. ad legem Falcid. Si verò tendit ad contrarium effectum cum actu celebrato, & tunc vult quòd retractetur actus ex superuenienti casu, & ita respondet ad dict. leg. cura. §. deficientium. ff. de munerib. & hono. cum similibus. Vnde in casu quæstionis propositæ diuitiæ superuenientes tendunt ad contrarium effectum actus celebrati, scilicet permissionis ob inopiam extrahendi pro dote rem maioriæ: & videtur dicendum, quod res redire debeat ad maioriam, & pater dotet ex superuenientibus diuitijs Sed dicendum videtur, quòd extractio talis rei, & cõstitutio dotis ex ea facta non retractetur nec licet superueniant diuitiæ, vt in regula factum legitimè. de regulis iuris. libro sexto. & quia cum actus est iam confirmatus tunc per cessationem causæ non debet eius effectus retractari. l. qui res. §. areã. ff. de solut. l. sancimus. la prima. C. de administra. tuto. Alexander in dicta lege. si constante in principio. columna finali. fortè tamen compellendus esset extrahens vigore talis facultatis de talibus diuitijs superuenientibus subrogare aliam rem in maioria valoris rei, quæ extracta fuit, & optima cautela erit, quòd in talibus licentijs ita specificetur, & illud ad quod allegauit Innocent. in dicto capitu. quia plerique. non videtur ita indistinctè verum, neque Innocent. hoc dicit ita vt Socinus in dicto consil. eum retulit, vt per te poteris videre. erit ergo optimum, vt cum tales licentiæ conceduntur, quod dixi exprimatur, & ita licentia limitetur: vel exprimatur, quòd tali casu res sic extracta, reincidat in maioriam, & pater extrahens pro dote filiæ dotem soluat de superuenientibus diuitijs. ¶ Et si de consensu alienantis ex facultate Regia, & emptoris dissoluitur alienatio, videtur quod res redeat in maioriam. vt in lege.

6. quæsti.

voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & vide quod habetur in. l. si cui. §. si voluntate. eo. titu. & c. li. 8. q. 2. & gl. in. c. nuptiarum. in pa te vxores. 27. quæst. 1. ¶ Ex quibus decides q̃ si res sit extracta à maioria ex facultate regia, & de ea sit factus alius maioricatus, an si res redeat ad priorem dominum possit iterum ex ea concedere maioriam in qua quæstione vt dicendum, quod res sic rehabita non reincidat in maioriam, vt probatur in. l. si tita. & c. li. 8. q. 2. & dominus. ff. de lega. 1. & probatur etiam in. d. §. si voluntate: vnde ad faciendum de ea nouam maioriam in præiudicium filiorum cuius erit nuda facultate, & adde quæ dixi supra parum post principium huius glo. ¶ Aduerte etiam, quod qui ludit rem maioris peribit de ea ac si rem alienallet vnde incidere in pœnam alienanti. glo. not. in. l. 3. §. miles. ff. de re milit. ¶ Et quid si ludere tet super re maioris in tanta quantitate quod non esset spes solutionis? vide l. qui habebat. ff. de lega. 1. & Bal. in. §. aut si libellario quibus mod. feudamit. Item aduerte quod si quis habuit à principe licentiam vendendi rem maioratus & morte prauentus non fecit, nõ poterit successor eius in maioriam vendere ex tali facultate. vt tradit notater Bal. in. §. Marchio. colu. 1. versi. pone concessum est priuilegium, de his qui feudum dare possũt. Item & aduerte, quòd ille qui habuit licentiam vendendi rem aliquam maioriæ emat talem rem per interpositam personam, vt forte alteri filio relinquat, quòd non obstante tali licentia, & tali alienatione vocatus ad maioriam poterit talem rem petere. argu. l. 3. iis qui bonis. ff. de acquisitio. & adde Bal. in. l. ordo. col. 2. versi. quæro data est potestas. C. de exercu. rei iudi. ¶ An autem pretium quod habetur ex re quæ permittitur vendi ex maioratu sit maioriæ, vt conuertatur in emptionem alicuius rei immobilis, & si in facultate ad vendendũ hoc non exprimatur? videtur, quòd sic ex his quæ not. Bal. in. c. 1. de feud. non habente propr. naturam feudi. versi. quæro nunquid pretium. ex quo in casu isto pretium habetur ex causa lucrativa. ¶ Sed qui si possessor maioriæ iurauit, quòn non alienauit res maioriæ qui tamen postea impetrauit licentiam à rege quòd possit alienare tacens de iuramento prædicto, an potest tunc alienare? videbatur, quòd sic ex dicto Bald. in capit. in prin. colum. 4. de his qui feud. dare possunt. versic. & circa hoc quæro ipra latus iurauit. referens Ioa. And. in. c. vt super de rebus ecclesiæ non alienam. dicentem q̃ si prælatus iurauit non alienare sine licentia Papæ, quod si impetrat licentiam à Papa tacito iuramẽto, quod possit alienare, neque fit transgressio iuramenti. Videtur tamen in hoc dicendum, quòd si istud iuramentum, præsertur futuris successoribus, vel ad eorum fauorem, & conseruationem rerum maioriæ, quòd tunc non valebit alienatio etiam si impetret licentiam tacito iuramento. quod & est de mente Ioan. Andre. in. d. c. vt super. dum dicit, quod si iuraret nõ alienare sine licentia Metropolitani, quod tunc si impetraret à Papa talem licentiam tacito iuramento non teneret licentia neque posset fieri alienatio. ¶ Aduerte etiam, quòd vigore talis facultatis regiæ non debent vendi neque pro dote obligari res pretiosiores seu res magnæ maioriæ: si de vilioribus potest satisfieri, quia videtur debet in hoc arbitrium boni viri. l. magis puto. §. ne patris. ff. de reb. eor. & ibi Bal. notabiliter. Bart. in. l. alio. ff. de ali. & ciba. lega. ¶ Et si data fuit licentia regia ad obligandum res maioriæ pro dote videtur & dari vt possint vendi. l. si pupillorum. §. 1. & ibi Bal. ff. de rebus eorũ. Si tamen licentia daretur ad vendendum non pessent eius virtute res maiori e obligari, vt in. d. l. si pupillorum. §. si prætor. quia à forma decreti non est recedendum. adde. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. & glos. in. l. non debet. ff. de regu. iuris. ¶ Sed pone quod data fuit licentia alternatiue ad vendendum vel ad obligãdum res maioriæ pro aliqua necessitate potest enim sic alternatiue dari. vt in dicto. §. si prætor. an tũc si eligat obligare, possit postea vendere? & videtur, quod non per text. in. l. cuius. ff. de curato. iudio. quod fortè procederet si per viam obligationis satisfieret necessitatis consultum non aliàs. ¶ Quid autem si possessor maioriæ legauit aliquam rem maioriæ & postea impetrauit facultatem regiam ad extrahendum talem rem à maioria, an reconualescat: legatum? vide. l. ferunt filij. in prin. ff. de lega. 1. & ibi Bartol. & Paul. ¶ Quid autem si ille qui vult impugnare alienationem rei maioriæ cum facultate regis factam sit clericus videtur, quòd sit tempore facultatis iam erat clericus, quòd possit: quia si princeps de eo dil posuit: vt non possit contrauenire non potuit ex defectu potestatis: si verò tantum generaliter prouidit, quòd nullus contraueniat: illa verba generalia non referuntur ad impossibilia disponenti, & ad ea ad quæ tua iurisdictio se non extendit. vide Bal. in. l. fin. §. in computatione. in fi. C. de iure delibe. & Barto. in. l. si quis sub conditione. ff. de conditionibus institutionum. ¶ Sed pone, quòd rex dedit licentiam alienandi aliquam rem maioriæ, an ille ad quem pertiner post mortem alienantis potuit in possessionis offerendo pretium rei, ad inbleandam necessitatem pro qua venditur? videtur dicendum, quòd sic. & facit bene quod notat Bald. in. §. deni que. versiculo. Item nota. quę fuit prima causa benefi. amittẽdi. vbi & tractat de successore, qualiter impediat alienationem. Imò & videtur, quòd nec dũ proximus in gradu hoc posset verum etiam quilibet alius de familia

7. quæst.

8. quæsti.

9. quæsti.

10. quæst.

11. quæsti.

12. quæsti.

13. quæsti.

14. quæsti.

vocatorum facit. l. qui romę. §. cohæredes. ff. de verborum obligationibus. & text. singularis in ratione tuitionis. l. virilis. ff. de legatis 1. §. diadcierit. & facit optime. l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. Item & videtur, quod tali casu locus sit retractui ex legis dispositione, quia res est de genere eius auo. lengo. ¶ Quia autem si princeps decit licentiam alienandi ex maioria pro dote filiæ: & tamen pater no detauit filiam: sed in suos vsus expendit: an poterit successor maioriæ petere res alienatas? videtur, quod sic ex dicto Bart. per textum ibi in. l. is qui. 54. ci qui. ff. de lega. prælaudate tamen quæ dixi in. d. 1. 4. titu. 13. partita quinta. addetiam. si operarum iudicio. ff. de oper. liber. iuncta. glo. ibi in verbo danda. versicu. sed quare in certo. vnde idem esset si vendit or pretium non consumpsit vnde pecunia illa conuerteretur in vtilitatem maioriæ. Item si alienatio fuit nulla: eo non teneat: res debet manere penes maiorem filium, & non penes omnes hæredes. l. sicut. ff. de operis libert. ¶ Sed quid si ille, qui ex facul. ate poterat extrahere à maioria rem aliquam pro dote filiæ, vel alias leget illæ talem rem, cum onere si ipsa deberet filio suo, qui succedebat in maioria talem rem, vel tantã quantitatem: & erat talis maioria, in qua non succedebat fœmina stantibus masculis: contingit quod moritur pater, item & filius masculus & succedit quidam masculus transuersalis, cui filia recusat dare rem vel quãtitatem à patre iniunctam, dicens quod ipsa est hæres fratris: & sic ad impletum est onus iniunctum, an teneatur adhuc soluere transuersali succedenti in maioria, quoad soluere debebat tratit dic quod sic per tex. notatin. l. si is qui. §. si. ff. de lega. præs. ¶ Item pone quod quis impetrauit à rege, vt possit extrahere à maioria talem rem pro secundo filio, qui filius ante acceptationem mortuus est, an reuertetur talis res ad maioriam? & videtur quòd sic. per text. in. l. proponebatur. ff. de calstren. pecu. & l. filius familias. & l. hæreditatem. 5. pater cui legauit. contitu. & confert ad hoc, quòd si res concessit quod posset vendere rem maioriæ Titio non videtur concedere, quòd vendat. Sed secundum Andr. de isser. de prohib. feudi aliena. per Freder. C. Imperialem. 1. respõso. l. cum seruo. 1. responso. ff. de cotrahenda empione. Lucas de Pen. in. l. si quis in fi. C. de bonis vacanti. lib. 10. ¶ Sed pone, q̃ pater mortuus est, iuit habuit licentia à principe alienãdi aliquam rẽ ex maioria, qui in vita non alienauit, sed commisit filio successori vt id faciat, an possit videtur q̃ nõ per tex. in. l. cerdone. ff. de ope. liber, in contrarium tamen fortiter facit. l. si cut. §. si debitori. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. vbi qui consentit debitori videtur consentire hæredi eius. pro resolutione videas Bar. in. l. si marito. §. si voluntate. ff. solu. ma. vbi diligenter inter consentientem ex voluntate, & consentientem ex necessitate. & ego adderem in consentiente ex necessitate, an duret necessitas in hærede vel non. quid enim si necessitas dotandi sororẽ adhuc duraret pro qua princeps alienationem permisit? certe tunc cum duret necessitas durabit, & licentia ex mente Bartol. in dict. §. si voluntate. ¶ Sed quid si testator qui concidit maioriam concessit licentiam vendendi, donandi, & permutandi, prout vellet rem maioriæ an possit tempore mortis legare, & transiuit multum tempus, q̃ nunquam disposuit post licentiam: fortè potest argui q̃ non. arg. l. vnicus. ff. si quis in fraudem patro. licet non multum faciat. Tu cogita in hoc. ¶ Aduerte etiã, q̃ ista licentiæ quę dantur à principe ad alienandas res maioriæ intelligi debent dũmodo alienet bona fide, & sine fraude maioriæ ex notatis per Bart. in. l. alio. ff. de ali. & ciba. le. a. bonus tex. in. l. 2. §. pe. & l. si libertus. ff. si quid in frau. patro. ¶ Quid aũt si habebat licentiam vendendi rem ex maioria, & hæ generaliter: iste vero habebat duas maiorias. vnam ex parte patris, aliam ex parte matris, vendidit rem ex maioria matris, quam si esset maioriæ patris an tenebit vendítio? & videtur quod sic. vt notat gloss. & ibi Barto. & Platea in. l. 1. C. ne fiscus rem quam vendidit. euin. lib. 10. contrariũ tamen esset, si licentia fuerat specialis ad rem ex maioria matris, si vendidisset rem ex maioria patris, vt vult ibi Platea in eo quod dicit de re quæ erat alterius ecclesiæ, cuius rector non consensit. & adde Bald. in. d. l. 1. & in. c. 1. de his qui feu. dare pos. colu. 2. versi. sed nunquid superior. ¶ Quid si minor 25. annis impetrauit licentiam regiam ad vendendam rem maioriæ, vendidit & tradidit, & post ea in integrum restitutus est, ac uerfus venditionem. & rehabuit rem, an reincidat in maioriam? dic, quòd sic. l. secunda. §. interdum. & ibi Barto. ad finem. ff. de vulga. & pupil. l. prima. §. si quis adita. ff. ad Tertullianum. ¶ Sed pone, quòd minor possidens maioriam impetrauit à principe facultatem alienandi aliquam rem, ex ea non facta mentione ætatis: an tenebit alienatio? & videtur dicendum, quod si alienatio erat ex causa necessaria, & seruata fuerit solennitas requisita in venditione rerum minorum, quod tenebit alienatio. quia & si expressisset ætatem adhuc princeps dedisset licentiam, ex quo causa erat necessaria. Si verò alienatio fuit ex causa voluntaria, non tenebit alienatio, ex quo princeps minori in tali casu facultatem non dedisset, seu non ita de facili. c. postulasti. & c. super literis. de rescript.

¶ Sed pone q̃ minor sine facultate vẽdidit, & sine solẽnitatibus postea facta mẽtione ætatis, & maioriæ impetrauit à principe confirmationẽ vẽditionis? videt q̃ sufficiat: quia authoritas principis supplet omnem

